



**R. Patris, Francisci Svarez, E Societate Iesv,
Metaphysicarvm Disputationvm, In Qvibvs Et Vniversa
Natvralis Theologia Ordinate Traditvr, Et Qvæstiones Ad
omnes duodecim Aristotelis Libros ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ ; [Coloniæ Agrippinæ], 1630

3 Quænam substantia poßit esse causa materialis accidentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94135](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94135)

sed eminentioris: & ideo non est necesse ut in eodem predicamento cum suo actu colloetur. Quanquam necessarium videatur, si actus maxime proprius talis potentia sit accidentalis, etiam potentia in ipsam esse accidentalem, quia substantia ut sic non ordinatur per se primo ad accidentalem actum: erit ergo talis potentia accidentis, quamvis sub nobiliiori generali accidentis colloetur.

Dices, interdum potentiam accidentalem ordinari per se primo ad producendam substantiam, ut potentia nutritiva & generativa. Respondeo primo nondum esse exploratum, neque a nobis tractatum, quomodo accidentia attingant productionem substantiae: nam si solum attingunt disponendo materiam, cest difficultas: si vero immediata etiam efficiunt, & introducunt formam substantiam, dicendum est non attingere substantiam nisi instrumentaliter. Non attingunt autem instrumentaliter actionem nisi praevia alia actione connaturali, & maxime propria, que semper est accidentalis, & respectu illius verificandum est talis potentiam & actum esse in eadem generis, nam altera actio instrumentalis, licet fortasse sit a natura principialis intenta, respectu tamen talis potentiae non est ita propria & accommodata ut ei cōmensuretur natura talis potentiae seu qualitatis. Imo hinc obiter colligere licet extra potentias loco motius omne in aliam potentiam per se primo ordinatam ad agendum, collocari in eodem predicamento cum suo actu proprio seu termino actionis sit: nam talis potentia semper est qualitas, nihilque efficit nisi praevia aliqua pro parte actione tendente ad qualitatem, nam, ut dixi, licet efficiat instrumentaliter substantiam, vel etiam quantitatem, semper id efficit praevia aliqua actione propria tendente ad qualitatem: ad alia autem predicationa prae ybi, non est per se actio, sed semper resultant ex termino alterius actionis. Atque ita sit ut omnis potentia activa accidentalis prae motu ordinetur ad qualitatem aliquam efficiendam, per actionem maximè propriam, licet fortasse in editione illa possit ad res aliorum predicationum ordinari saltem ut instrumentum. Atque haec dicta sunt in explicationem illius axiomatis; *Potentia & actus sunt sub eodem genere.*

SECTIO III.

Quanam substantia possit esse causam materialis accidentium.

I. **C**um dictum sit primariam causam materialis accidentis esse substantiam, ad perfectam huius cause expositionem, necessarium est declarare, quanam substantia possit hanc causalitatem exercere. Suppono autem hic non esse questionem de substantia increata, quam constat non esse capacem accidentis, & discurrendum breuiter erit per omnes creatas. Inter quas quædam sunt simplices, alia composite: de quibus, & de partibus componentibus ipsis, esse potest controversia. Ut ergo quæ dubitacionem habent tractemus, ea quæ certa sunt breuiter præmitramus.

II. **P**rimo ergo certum est, substantias simplices per se subsistentes esse sufficientes ad recipienda seu materialiter causanda accidentia sibi proportionata. Hoc constat in omnibus substantiis spiritualibus creatis: de his enim est sermo. Omnis enim substantia creata, quia potentialis est, & imperfecta, capax est accidentium. & ad ea sustentanda sufficit ei, habere per se substantem, si aliqui sit capacitas. Cum autem dicimus has substantias esse per se sufficientes ad hoc, non excludimus, quin possint causare materialiter unum accidentem mediante alio, ut sequente sectione dicimus, sed respectu collectionis omnium suorum

accidentium dicimus per se sufficere, & non indigere ad miniculum præter suam substantiam, & substantiam propriam.

Hinc secundo est etiam certum formam substantiem, etiam si sit in completa substantia, & actus corporis, esse sufficientem causam materialis aliorum accidentium, quæ illi proportionata sunt. Hoc constat in anima rationali non solum à corpore separata, sed etiam coniuncta: & ratio est eadem fere quæ de substantijs angelicis. Nam quod substantia animæ incompleta sit, non impedit quo minus sustentare possit aliqua accidentia, cum per se esse possit, & à subiecto ipso non pendeat. Ex quo à contrario sumpto argumento constat, & est etiam certum, formas substanciales quæ naturaliter sustinere non possunt, ineptas esse ad causandam materialiter accidentia per se solas: quia quod in se non sustinet, non potest aliud sustinere: forme autem hæc non sunt capaces propriæ substantiarum, etiam partialis, ut possit dicimus. An vero simul cum materia sustinet accidentibus, paulo post videbimus. Solum posset quis dubitare de nonnullis relationibus, verbi gratia, unionis, aut similitudinis, &c. quæ videntur subiectari in his formis. Veruntamen probabilitus est has relations non addere rem distinctam à substantia, vel modis substancialibus formæ. Item probabile est entitatem talis formæ, ut sustentatam suo modo in materia, esse capacem alicuius formæ aut modi accidentalis, eo modo quo de ipsis accidentibus in sequenti explicabimus.

Hinc etiam obiter constat, quid dicendum sit de partibus integralibus substantiarum: non est enim dubium, quin eo modo quo sunt & subsistunt, possint materialiter concurrere ad esse accidentium; nam possunt illa in se recipere & sustinere, ut inductione constat. Et quidem si partes illæ sunt actu diuise à toto, & solum dicantur partes propter habitudinem ad illud, constat in re esse veras substantias subsistentes, ideoque posse accidentia sustinere, ut de sanguine sere omnes consent. Si vero sunt proprie continuatae in his partibus, proprie non dicantur sustinere in se, sed in toto: & hac ratione ab accidentibus quæ in eis insunt, solet interdum denominari totum, ut homo dicatur crispus, nihilominus tamen tota causalitas materialis quæ ibi interuenit, exercetur per eam partem in qua accidens inhæret: & eadem durabit, si talis pars secundum totam suam substantiam separata conseruetur.

Quantitas an in sua materia.

Solum ergo superest quæstio de materia prima, & de integrali substantia composta ex materia & forma: nam de materia quæstio est, an per se ipsam possit materialiter & immediate causare aliquam formam accidentalem: & quæ fere coincidit cum cōmuni quæstione, an & quomodo possit materia esse substantia accidentium. Quæ ut breuius & distinctius tractetur, tota est reuocanda ad quantitatem, nam nunc non agimus de relationibus vel modis accidentalib. de quibus postea obiter dicemus, quia nihil sere habent dubitationis, sed agimus de propriis formis accidentalibus realiter distinctis à substantia: inter quas primum locum obtinet quantitas, & alia insunt mediante illa, ut dicemus secundum sequenti. Vnde in quo subiecto fuerit quantitas, erunt reliquæ corporeæ qualitates.

Sententia negans quantitatem inesse materiae.

Vnt ergo in hac re duæ opposita sententia valde communis. Prima est dicentium, materiam per se non habere entitatem sufficientem ad causandum materialiter aliquid accidens, sed indigere prius coniunctione ad formam substantialem, ut ex utraque refulget.

III.
Substantia-
la forma
subsistens
sufficiens
materia ac-
cidentium.

IV.
Partes inte-
grales, acci-
dentum
sufficiens
receptiva.

V.

VI.

resultet compositum, quod possit accidentia recipere. Hæc est opinio D. Thom. i. p. quæst. 76. art. 6. & q. vniq. de spiritualib. creatur. art. 3. ad 18. & Alberti in summa de homine, 2. p. quæst. an nutritio fiat ex simili, art. 1. Durand. i. distinct. 8. 2. p. quæst. 4. Capreol. in 2. distinct. 13. quæst. 1. conclus. 2. & 3. & distinct. 18. q. 1. conclus. 6. Caiet. de ente & essent. cap. 7. q. 16. Soncin. 8. Metaph. q. 7. & 15. 17. & 18. Ferr. 4. contra Gentes cap. 81. q. 2. & 3. Soto i. Physic. q. 7. Astudill. 1. de generat. Tribuiturque Aristoteles; quia 1. degenerat. text. 23. dixit, generationem fieri ex materia, nullo sensibili manente: ex quo loco, & ex his, que Aristoteles subdit text. 24. sumunt omnes huius sententiaæ authores, in transmutatione substantiali nullum accidens manere in materia prima. Quod si ita sit, ob id utique evenit quod materia non sufficiat sustentare accidentia, sed solum compositum: & ideo pertinet corrupto composito: quod nulla ratione fieri posset, si materia prima inhærenter. Secundo hoc confirmat, quod Arist. i. Physic. text. 81. & 82. art. materialiam primam respicere per se primo substantialiem formam. Tertio, lib. 5. text. 8. & lib. 1. de gen. text. 24. differentiam constituit inter generationem, & alterationem, vel augmentationem, quod subiectum generationis est sola materia, quæ dicit esse materialiam simpliciter, alterationis vero, & augmentationis subiectum dicte esse substantialiam integrum, quam vocat materialiam secundum quid. Quarto. 7. Metaph. tex. 8. ait materialiam non esse quid, neque quantum, neque quale, neque aliquid huiusmodi. Quinto 7. Metaph. text. 4. & 12. Metaph. tex. 43. ait substantialiam esse priorem natura accidente. Sexto in Prædicam. c. de substantialia, dicit, destrutis primis substantialijs, impossibile esse aliquid remanere: prima autem substantialia sunt substantialia integræ simplices, aut compoñitæ.

VII. Rationes pro hac sententia adducuntur plures. Prima, quia materia est pura potentia, ita ut neque esse habeat, nisi illud mendicet à forma: ergo ex se est impotens ad sustentanda accidentia, nisi prius, saltem natura coniungatur formæ, & ab illa esse recipiat. Probatur consequentia, cum quia esse secundum quid, quod dat accidens, supponit esse simpliciter, tum etiam, quia nihil potest aliud sustentare, nisi prius in se subsistat: nihil autem subsistit in se, nisi quod habet esse actuale, & simpliciter. Secunda ratio, quia D. Thom. vitetur, quia materia est potentia ad omnes actus ordine quodam: ergo respicit substantialiem formam, ut primum actum suum, ad quem per se primo ordinatur: accidentia vero ut actus secundarios consequentes primum. Probatur antecedens, quia non potest materia æque primo respicere actus adeo diuersos: alias diuersas etiam species ab eis sumeret, esetque simul potentia substantialis, & accidentialis. Consequentia autem probatur, cum quia potentia substantialis primario debet respicere substantialiem actum, cum ad illum per se primo ordinetur, & ab illo speciem sumat: ergo illum etiam debet prius recipere: tum etiam, quia forma accidentialis comparatur ad substantialiem, ut actus secundus ad primum: actus autem secundus semper supponit primum.

VIII. Tertia ratio est, nam si quod accidens eset in materia prima, maxime quantitas: sed hæc non: ergo. Maior recepta est ab omnibus, & constat ex dictis in principio. Minor probatur, quia quantitas est proprietas substantialis corporæ necessariae concomitans illam: non potest autem esse proprietas consequens materiam ut sic, sed formam: ergo non potest recipi in materia secundum se, sed ut informata forma, seu in composito. Probatur Minor, quia proprietas manat actuè ab essentia, cuius est proprietas: non potest autem quantitas manare ab essentia materia ut sic: quia hæc dimanatio est aliqua efficientia: materia autem secundum se, nullam efficientiam habet, ut constat ex Aristotele i. de Gener.

text. 55. & libro secundo, text. 53. non ergo manat quantitas à materia, sed à substantialia corporeæ, ratione forme substantialis, ut est forma corporeitatis. Quod habet etiam optimam proportionem, tum quia forma accidentialis, cum sit actus informans, esse debet participatio formæ substantialis, potius quæ materia: tum etiam, quia forma substantialis, ut est forma corporeitatis, nullam aliam proprietatem habet, quæ ad illam consequatur, præter quantitatem. Et confirmatur, quia si quantitas prius materiæ inest, quam substantialis forma, recipetur forma substantialis in materia, media quantitate: propria enim qualitates corporeæ in sunt substantia, media quantitate, quia supponunt illam in substantia. Consequens autem est falsum, tum quia aliæ inimior, magis quæ proprius actus materiæ est, quam quantitas, quam forma substantialis. Tum etiam, quia non posset fieri unum per se ex materia & forma substantiali: vñiretur enim medio accidente: vnde potius ex materia & quantitate deberet fieri per se vnum: nam potentia potius facit vnum per se cum suo primo & immediato actu, quam cum secundario, quem mediate recipit: nec potest intelligi, quod compositio entis per se fundetur in ente per accidentem. Tum denique, quia aliæ non solum materia, sed etiam quantitas est principium materiae generationis substantialis. Secundo confirmatur eadem ratio, quia si quantitas est in sola materia, est in generabilis & incorruptibilis, sicut ipsa est, quod repugnat Aristotele ponenti motum per se ad quantitatem. Sequela vero patet, quia non posset quantitas corrupti ad corruptionem subiecti, quia materia est incorruptibilis: neq; etiam posset corrupti à contrario, quia illud vere non habet, ut constat ex Aristotele in Prædicamentis, neq; etiam pendet ab alia causa, per cuius absentiam posset naturaliter definiri esse: ergo nullo modo posset quantitas corrupti, & consequenter neque generari.

Quarta ratio est, quia non repugnat quantitatem & accidentia omnia corporalia recipi in toto composite, mediante forma: & hoc est magis consentaneum naturis rerum: ergo. Maior declaratur, quia non repugnat vnum accidens recipi in substantia mediante alio, ut constat de qualitate corporæ, & de quantitate, & inter qualitates ipsas reperitur interdum hic ordo, ut patet sit. sequenti: ergo multo magis reperiuntur potest inter substantialiem actum, & accidentalem. Minor vero probatur, quia potentia ad recipiendum accidens est tantum secundum quid: potentia autem materia ad recipiendum formam substantialiem est potentia simpliciter: ergo est maximum consentaneum naturis rerum, ut hæc potentia materia prius reducatur in actum simpliciter, quia solum relinquat potentiam secundum quid: & illo mediante recipiat accidentia, quibus compositum amittetur quoad potentiam secundum quid, quæ in illo manet. Sic ergo videtur sufficenter probati, solum materiam non posse esse causam materialem alius entitatis accidentalis.

Sententia affirmans, quantitatem inesse materia.

X Secunda sententia est, materialiam primam ex vi sua entitatis esse sufficientem causam materialiem formarum accidentalium sibi proportionatarum: primo quidem & immediate quantitatibus, & ea mediante, ceterarum. Hanc sententiam docuit Averroes in libro, de substantia orbis, & i. Physicor. comment. 63. & in epitoine Metaph. tract. 2. cap. vii. ultimo, qui dicit esse in materia dimensiones interminatas illi coquas, & in re ipsa ingenerabiles & incorruptibles, solumque accidentaliter mutabiles. Per dimensiones autem interminatas nil aliud intelligit, quam ipsam quantitatem, quæ quantum est ex parte

Hornium
quoniam. 1.
4. 10. laue.
8. Metaph.

Testimonia
Aristoteles
pro relatia
sententia.

materiæ, nec certam aliquam densitatem, nec raritatem, nec definitum terminum magnitudinis, vel parvitas, nec peculiarem aliquam figuram postulat; & ideo sicut materia de se informis dicitur, ita quantitas vel illi coœzua, dicitur interminata, quanquam re ipsa semper habeat aliquem terminum, iuxta exigentiam formæ, vel actionem agentis; & iuxta hanc variationem terminorum, figurarum, vel dispositionum accidentaliter mutatur, quamvis in entitate sua eadem semper perseveret. Hanc etiam sententiam, quantum ad inhaerentiam quantitatis in materia tenuit Simplicius in 1. Physicor. text. 69. tribuitque Aristotelis, & Platoni; tenet etiam Philoponus 1. libro de generat. text. 33 & 40. vbi ait materiam dimensionibus affectam, esse generationis subiectum. Et Ammonius in Pradicamen. cap. de quantitate, dicit materiam prius accipere molem per quantitatem; Dius Thomas in 4. distin. 12. quæst. 1. articulo 2. quæstion. 4. refert & sequitur opinionem Commentatoris, prout à nobis relata est; in opusculo autem 32. quod est de natura materiæ, & de mēsionibus interminatis, cap. 4. licet eodem modo referat opinionem Commentatoris, reprehendit tamen illam. Omnes denique authores, qui tenent eadem numero accidentia corporalia manere in genito & corrupto, tenent etiam quantitatem, & dispositiones materiales subiectari in materia prima, ut Gregor. in 2. distin. 12. quæst. 2. artic. 2. & Aureol. apud Capreol. in 2. distin. 13. quæst. 1. argum. contra 3. concl. Marfil. 1. de Generat. quæst. 7. Paul. Venet. summ. de gener. ca. 54. Aegid. 7. Metaph. quæstion. 4. Niphus 8. Metaph. disput. 4. Zimara Theoremate 4. 6.

XL. Et huic sententia fauet Aristotel. multis in locis, nam 7. Metaphys. text. 8. significat quantitatem primo inesse materiæ, & in 3. Physic. sentit quantitatem esse proprietatem ipsius materiae; & lib. 2. de generat. text. 6. sentit, dispositiones ad formas substantiales, & alterationem, quæ ad eas fit, proxime versari circa materiam; & lib. 1. de generat. & lib. 2. text. 27. ait accidentia, in quibus res genita conuenit cum corrumpantem eadem. Potest etiam in hanc sententiam Plato adduci, qui in Timo materia, magum & parvum appellavit, quod ex se quantitatem habeat, indifferenter tamen ad magnitudinem, vel parvitudinem. Rationes pro hac sententia partim Metaphysicæ sunt, partim Physicæ; ex utriusque tamen integræ discursus confari debet, nam rationes Metaphysicæ probarevident non repugnare ex parte materiæ, seu esse in ea sufficiens fundamentum entitatis, ut sustentet materialiter accidentia; Physicæ autem rationes ostendunt id esse magis consentaneum tam fini seu munere ad quod materia instituta est, quam sensibilibus effectibus, quos experimur.

XII. Primo igitur probatur, hanc causalitatem posse conuenire materiæ, quia materia habet propriam entitatem actualē cum sua propria existentia, ut supra dictum est, & propriam etiam substantiam partiale, ut infra ostendetur; ergo ex hac parte habet sufficientem entitatem, ut sustentet aliquid accidentem. Patet consequentia, quia quod in se subsistit, licet alioqui partialis entitas sit, potest sustentare accidentia hibi proportionata, ut paulo ante de anima rationali dicebamus. Dicitur fortasse materiam deprendere in suo esse à formæ, & ex hac parte esse inferioris conditionis, quam sit anima rationalis comparata ad materiam. Sed hoc non obstat, etiam si illam dependentiam admittamus, quam nonnulli negant quia illa dependentia materia à formæ non est, ut & vera & propria causa ipsius materiæ, sed ut à conditione quadam naturaliter necessaria, ut materia conserueretur in esse: huiusmodi autem genus dependentia, quod est extrinsecum entitati materiae, id est, superueniens illi, & non intrinsecè componens illam, nihil obstat potest, quo minus entitas materia secundum se sit sufficiens ad sustentanda accidentia.

tia in genere causæ materialis; dependentia enim vivius causæ ab alia extrinsecè in suo esse, nihil impedit quo minus ipsa in suo genere sit sufficiens, ad causandumque effectum proportionatum. Et que ad hominem optimum & valde accommodatum exemplum, nam substantiale compositum pendet à suis naturalibus dispositionibus, nam, illis ablatis, dissoluitur; & tamen hoc non obstat, quia in ipsum compositum secundum se sit materialis causa aliorum accidentium. Imo, quod magis est, etiam ipsarum dispositionum est materialis causa ipsum compositum, licet alias ab eis pendeat; quid ergo mirum, quod materia quamvis pendeat à forma, possit esse materialis causa accidentium? Accedit quod, licet materia pendeat à forma, potest esse causa materialis eiusdem formæ, ergo quamvis pendeat à forma, poterit esse causa materialis quantitatis. Patet cōsequētia, quia etiam maior videtur esse repugnare inter illas duas habitudines dependentia & causalitatis respectu eiusdem, quam respectu diuersorum.

XIII.

Ex quo tandem roboratur ratio facta, nam materia prima habet in se sufficentem entitatem existentem & substantiem, qua in se sustineat formas substantiales materiales: ergo etiam ut sustentet, seu materialiter causet quantitatem. Probatur consequentia, tum quia non minus, imo plus esse videtur sustentare formam substantialem; neq; ad id est minus necessaria substantia, & existentia, vel actualis entitas: tum etiam, quia sicut materia dicitur pendeat à forma, ita potest dici pendere à quantitate: ergo sicut hoc non obstat, quo minus materia sustentet formam, ita etiam non obstat, quo minus sustentet quantitatem. Cōsequētia tenet à paritate rationis, & antecedens probatur, quia sicut non potest materia consequari sine forma, ita nec sine quantitate, adeo ut etiam in ordine ad potentiam Dei absolutam facilius intelligi valeat: materia sine forma, quam si ne quantitate, ut inferius ostendam.

Dices, materiam non posse simul esse materialem causam formæ substantialis, & quantitatis, imo hoc ipso quod est substantia alia potentia ad formam, esse Dicitur ob-
iectio. impropterea, ut simul sit de potentia, seu materialis causa quantitatis. Sed hoc nullā ingerit difficultatem; quia sēpe accedit, ut una causa plures habeat effectus, quorū unus sit nobilior alio, ut eadem forma est principium dispositionum, vel proprietatum, quæ ab ea manent: & simul est principium generandi sibi simile: & in genere causa formalis simul est causa sui compoſiti. Sic igitur non repugnat materia simili esse causam quantitatis ut proprietatis sibi connaturalis, & formæ ut principalis actus, ad quem natura sua ordinatur. Atque hoc facilius contingit, quando huiusmodi effectus sunt inter se ordinati, ut in præsenti sunt quantitas & forma: est enim quantitas veluti dispositio quædam materiæ, per quam fit aptum subiectum alterationis, & dispositionum, quibus accommodatur ad recipiendam formam substantialem. Vnde omnes authores, etiam qui priorem sententiam defendunt, fatentur materiam esse causam materialem formæ, & quantitatis, quāvis quidam dicant respectu formæ esse causam totalem in suo genere; respectu vero quantitatis solum partiale, quia totum compoſitum est causa totalis. Alij vero etiam iuxta priorē sententiam concedunt materiam esse causam totalem in suo genere tam quantitatis, quam formæ: hoc tamen ordine, ut prius natura sit causa formæ, quam quantitatis; non ergo est inconveniens, ut eadem materia sit causa materialis utriusque. Et, quod ad ordinem attinet, magis consentaneum videtur, ut licet secundum ordinem perfectionis, & finis materia prius recipiat formam, quam quantitatem, tamen ordine executionis & generationis, prius recipiat quantitatē, quam formam. Solet enim ordo executionis esse oppositus ordini intentionis. Quod etiam in præsenti necessarium

cessarium est, cum materia per quantitatem præparetur, & coaperetur ad formam. Et ideo etiam nō impedit quod materia sit potentia substantialis; nam si cut substantia potest esse capax accidentis, non per potentiam accidentalē, sed per se ipsam, quia concomitante habet illam capacitatē ex vi sua entitatis: ita potentia substantialis, quae talis est, quia per se primo est instituta ad recipiendū actum substantialē, potest concomitante per se ipsam habere capacitatē ad recipiēdām proprietatem, vel dispositionem accidentalem naturā suā consentaneam, & fini, ad quam instituta est, accommodatam.

XV.

Ex his ergo satis demonstratum esse videtur ex parte materiae non esse repugnantem, neq; improportionem vllā, quin possit esse sufficiens causa materialis quantitatis. Quod vero ita sit, in primis videtur conuincere exemplum de humano corpore, in quo suppono non esse aliam substancialē formam, præter rationalem animam, quod in sequente disputatione generaliter ostendam, & in precedenti ex parte probatum est. Suppono deinde, animam hominis esse spiritualem, & omnino indivisibilem. Hinc ergo concluditur ratio, nam quantitas humani corporis non potest esse in eo, ratione totius compositi ex materia & forma, ergo est in sola materia: nam constat non esse in sola forma. Antecedens probatur, quia accidens quod est in toto composito, attingit simul sua vniōne formam & materiam per modum vnius, at vero quantitas non potest vlo modo attingere rationalem animam, cum hæc spirituālis sit: ergo non potest esse in toto composito humano, sed in sola materia.

XVI.

Quantitas
in nullo fit
ritus recipi
potest.

Dicetur fortasse, non repugnat ut accidens materiae attingat sua vniōne immaterialē formam ut informantem materiam, nam forma immaterialis attingit sua vniōne ipsam materiam: cur ergo non poterit materiae accidens attingere huiusmodi formam? Item in vniōne Verbi in carnati videmus corpus crassum & materiae habere vniōnem terminatam ad supremum spirituale suppositum, quale est Verbum Dei: quid ergo mirum, quod quantitas terminet vniōnem suam ad infinitum spiritum ut corpori vniūt? Sed nihilominus hoc dici non potest, quia quantitas vniūt subiecto suo ut forma & actus eius: & ideo illi tantum rei vniūt potest, quæ est capax effectus formalis eius; anima autem rationalis nullo modo est capax effectus formalis quantitatis, quia non est capax extensis quantitatū, etiam dum informat corpus, non ergo potest vlo modo in se suscipere nec totaliter, neq; partialiter quantitatem; neque etiam potest vno quantitatē ad illam terminari, quia illa vniūt non est nisi informatio; informatio autem terminari non potest nisi ad rem capacem effectus formalis. Vnde nulla est p̄ oportio in exemplis adductis, ut ex dictis constat.

XVII.

Aliter responderi potest, hoc quidem argumento conuinci, quantitatē hominis recipi inhæsive in sola materia, non tamen probari, quod in tali materia nō supponatur informatio humanae formae dantis esse materiam, & constituentis compositum, quod dicatur recipere & causare quantitatē, quamvis non per se primo, & secundum se totum illam recipiat, sed ratione alterius partis. Sed in primis ex hac responsione sumo, solam materiam esse subiectum, cui quantitas hominis inhæret, & consequenter illam solam esse causam materialē quantitatis; illa enim est causa materialis, ad quam terminatur vno seu inhæsio formæ, quæ materialiter causatur; sed vno, & inhæsio quantitatis corporis humani ad solam materiam terminatur, ut argumentum factum probat, & in responsione conceditur: ergo materia per suam entitatem est sufficiens ad causandam materialiter quantitatē: vnde cōsequenter sit, in qualibet re habere eandē sufficiētiā, & vim, quantum est ex se. Et confirmari hoc, an declarari potest am-

plius, nam cum in homine sint materia & anima, inter materiam & animam est immediata vno substantialis: & inter quantitatem & materiam est etiam immediata vno, licet accidentalis: inter quantitatem verō & animam nulla est immediata vno, qua inter se vniūnt, sed solum per accidens vniūnt in vno tertio, scilicet materia: ergo sola materia est, quæ exceptum munus causæ materialis respectu quantitatis, quia hæc exerceatur per mediatam vniōnem ipsarum, ut supra declaratum est.

Quamvis autem hoc satis esse videatur ad id quod nunc intendimus, hinc tamen vltius concludi potest, sine causa vel fundamento dici vniōnem materiæ ad animam esse priorem natura vniōne eiusdem materiæ ad quantitatē: priorem (inquam) ordine generationis, nam de ordine perfectionis & finis, verissimum id est, nil tamen ad rem præsentem refert. Quod autem altera prioritas nulla sit, probatur, quia in primis anima nō dat materiæ intrinsecum & proprium esse illius, sed supponit illud, ut materiæ vniūt possit, ut sepe dictum est: ergo ex hac parte non supponitur necessario ordine naturæ vno materiæ ad animam. Rursus neque sub aliqua alia ratione vniūt ad animam, est causa vniōnis ad quantitatē: ergo nullo modo est prior naturæ. Antecedens patet, quia non est causa in genere causæ materialis: ostendit enim materiam per solam entitatem suam causare materialiter, seu recipere quantitatē. Neque etiam est causa in genere causæ efficiētiā, quia neque altera vno fit ab altera, ut per se notum videatur; neq; etiam ipsa anima quæ vniūt, est principium efficiētiā quantitatē sui corporis, quia nullum est indicium, nec sufficiens ratione huius efficiētiā, ut infra generalius ostendam: & specialiter forma incorporeā videtur valde improportionata, ut per se sit principium efficiētiā corporē molis, & quantitatis. Nullo ergo modo antecedit vno materiæ ad animam, vniōnem materiæ ad quantitatē. Imo hæc videtur ordine naturæ supponi in genere causæ materialis, saltem tanquam conditio ex parte materiae necessaria, ut possit materia esse subiectū aptum, tum ad actionem, quia anima vniūt materiæ, tum etiam ut ipsa anima possit informare, & subire vicem formæ corporeitatis extenso quodam modo informans materiam, cum ipsa in se maneat inextensa.

Atq; hinc vltius sit: vniōnem materiæ ad quantitatē etiam esse priorem natura, prout dicitur, in subiectiōne consequentia: nam in primis extra controuersiam est, vniōnem materiæ ad animam non posse naturaliter esse, aut conservari sine vniōne ad quantitatē, non solum, quia non potest naturaliter esse anima in materia carente omni quantitate, quod est evidētiū: sed etiam, quia, perseverante hac vniōne huius materiæ ad hanc animam, non potest variari hæc quantitas in hac materiali quantitas non potest expelli directe ab alia quantitate, quia omnes sunt similes, neque vna quantitas habet aliam contrariam, vel ita repugnantem, ut expellat eam ab eodem subiecto: ergo, manente eadem materia, & eodem cōposito tota vel part alia vniōnem ad eandem animam, non potest quantitas variari. E conuerso autem, etiam si anima recedat, & alia forma adueniat, potest eadem quantitas in materia perseverare: ergo vniō ad quantitatē est simpliciter prior in subiectiōne consequentia, atq; ipsa sola materia erit propria causa materialis quantitatis. Consequentia est clara ex dictis, nec de illa est vlla controuersia: Antecedens vero à priori probari potest ex dictis, quia vno ad quantitatē in nullo genere causa penderit ab anima, vel ab informacione eius; & aliud potest anima directe expelli à materia per introductionē alterius formæ repugnantis, & per mutationem aliatum dispositionum, quas necessario postulat talis forma in materia quam informat: ergo nulla ratio reddi potest, cur recedente anima

mate-

materia, recedat quætitas, aut dissoluatur vno eius cum materia: solum enim corruptitur vna res ad defitionem alterius, quædo ab illa pendet. Et quamvis dici possit quætitas mediate penderet ab anima, quarens materia pendet ab illa, hæc tamen dependentia sufficienter suppletur per subsequentem formam, quæ informando, & suo proprio esse actuando eandem numerum materiam, sufficienter terminat dependentiam eius à formâ: ergo nulla causa est, ob quam, recedente anima, recedat quætitas humani corporis. Quæ ratio eodem modo probat de omnibus accidentibus, quæ insunt corpori, media quætitate, & ab anima effectiva non pendent.

X. A posteriori vero idem probari potest, nam experimur in cadavere hominis statim post mortem eius manere eadem accidentia corporalia, quæ erant in homine viuo, exceptis illis facultatibus quæ sunt propriæ viuentium, ac propterea effectiva ab anima pendent. Ad quam experientiam communiter responderi solet illa accidentia videri eadem, non tamen esse, sed similia in specie, gradu & modo, numero tamen diuersa. Quæ responsio admitti quidem posset, si intercederet ratio, quæ nos efficaciter cogeret ad sensum corrigendum, & reddi etiam possit sufficiens causa talium accidentium: neutrum autem hic interuenit. Primum ostensum satis est in ratione Metaphysica, quæ tacite eueritius fundamenta contraria sententiaz, quibus distinctius inferius satisfaciemus. Secundum autem probatur, quia si accidentia, quæ insunt cadaveri in instanti mortis, sunt numero distincta ab illis quæ erant in homine, necesse erit aliqua causa efficiens, quæ illa de novo producat in illo instanti: hæc autem sèpè nullâ interuenit: ergo. Minor in primis probatur ab aliquibus de quantitate ipsa, quia non potest fieri ab alia quantitate, cum quætitas non sit activa: neq; etiam à qualitate, quia quætitas est prior qualitate corporeâ: vndenon potest ab illa fieri, neq; etiam à forma substanciali, cum quia hæc non est immediate activa, cum etiam quia nulla est forma substancialis communis omnibus rebus corporeis, cum tamen quantitas omnibus sit communis. Accedit, quod si quætitas de novo fieret in materia cadaveris, fieret in illa, ut prius natura est non quanta, & indiuisibilis: quod inuoluit repugnantiam. Verum hæc rationes non sunt efficaces, nam responderi potest quantitatem produci, vel comproduci potius ab agere extrinseco inducere formam: proxime vero est ab ipsa forma introducta, per naturalem resultantiam, hoc enim modo non est inconueniens, formam immediate efficiere aliquid accidens, ut à forma aquæ emanat intensio frigoris, cum se reducit ad pristinam frigiditatem: Neque ad hoc est necessarium, ut omnia corpora haberent aliquam formam substancialē communem, sed sufficiere possit conuenientia omnium formarum in ratione communi formæ substancialis. Neque etiam est inconueniens, quod quætitas comprodatur in materia, & ex materia prius natura non quanta, nam in omni opinione necesse est fieri quætitatem aliquando fuisse productam, vel comproductam; & quacunque ratione facta sit modo consentaneo suæ naturæ, necesse est factam esse in materia, & ex materia: ergo facta est ex materia ut prius natura de se non quanta actu, quanta autem in potentia; & de se actu indiuisibili quætitatiue, diuisibili autem in potentia. Hoc ergo non includit repugnantiam, quia illa indiuisibilitas quætitatiua non intelligitur actu, & quasi positiue præcedere in materia, sed solum quasi negatiue, scilicet quia materia de se non habet actu illam diuisibilitatem, nisi per quætitatem conferatur, habet autem aptitudinem, quia habet entitatē aptam ad talem formâ recipiendam, ad quod necesse est ut ipsa materia ex se habeat quandam diuisibilitatem entitatiuam, quæ infra explicabo, tractando de quætitate. Ad eundem

Franc. Sua. Metaph. Tom. I.

ergo modum possit quætitas resultare ex formâ cadaveris, & fieri ex materia fine repugnantia. De quætitate igitur non potest, ut exstimo, efficaciter probari assumpta proposicio, nisi aliud supponatur, agentia naturalia nihil posse agere nisi in subiecto quætitatiue extenso, & diuisibili; de qua ratione dicemus paulo inferius.

XXI.

Igitur minor proposicio superius assumpta præcipue probatur de qualitatibus, quæ sèpè non habent causam efficientem à qua fiant, si exdem numero non manent; non enim sunt per naturalem resultantiam à forma cadaveris, qui non sunt connotatales illi, immo sunt peregrinæ & extraneæ, vnde sit, ut breui tempore, paulatim amittantur, ut patet de calore, & similibus. Neque etiam sunt ab extrinseco agentes, quia in eisdum nullum est circumstant aut proximum agens, quod possit inducere tantum calorem, aut tale temperamentum, quale manet aliquo tempore in cadavere hominis, maxime quando mors est violenta per suffocationem, iugulatiōnem, &c. in quo genere mortis vix inueniuntur causa particularis quæ possit formam cadaveris inducere; & ad vniuersales interdum configurans, quæ illam efficiant ob rationem vniuersalem, scilicet, ne materia maneat sine formâ de qualitatibus aut similibus, cum per se necessaria non sint ad introductionem talis formæ, cui in non sunt connotatales, non est cur à causis vniuersalibus per se, & propria actione fiant, proprie autem & particulares causa sèpè nullæ sunt, ut inductione, & experientia constat. Nec denique dici potest, huiusmodi calorem, & alias qualitates fieri in eo instanti ab spiritibus vitalibus, qui aliquo tempore manent, aut ab humoribus, præferti in sanguine; quia in primis etiam de sanguine & spiritibus dubium est, an eadem anima informantur; vel sicut, an eorum formæ, quæ sunt quasi partiales, pendant ex coniunctione ad animam, ita ut statim perent, illa recedente, vnde multi existimant, sanguinem statim ac effluit à venis, & separatur à reliquo sanguine, qui manet in corpore, mutare formam substancialē: etiam si retineat aliquo tempore calorem, & similia accidentia. Deinde tempus quo durare possit huiusmodi spiritus, aut humoris, est brevissimum, accidentia vero similia diutius permanet. Ac denique non solum in homine aut aliis animalibus, sed etiam in aliis rebus, manent similia accidentia, ut supra ex Aristotele referebamus, etiam si non sint intrinseca & connotata rei genitæ, ut possint à forma eius dimanare, ut, v.g. si ex vapore humido, & non summe frigido, sed habente aliquam calorem per condensationem fiat aqua, non semper fit summe frigida & pura, sed retinet eundem calorem, non tamen est noua causa extrinseca à qua fiant, sed permanet idem calor, quia non potest tā cito expelli à formâ aquæ.

XXII.

Et hinc sumitur etiam optimum ac generale argumentum, quia hæc qualitates int̄sibiles, & remissibiles, & habentes contrarium, si non manent ab intrinseca forma, sed per extrinsecam alterationem sunt, non sunt subito in gradu intenso, sed paulatim, quia & intrinseca forma, & alia corpora circumstantia resistunt: sed videmus has qualitates manere in instanti mortis in magna intentione: ergo non est verisimile tunc subito per se fieri per actionem extrinseca agentis, cum ergo non fiant per intrinsecam dimanationem à forma cadaveris, signum est non tunc fieri, sed eadem numero manere. Dicunt aliqui non esse necessariam aliquam causam efficientem harum qualitatium, quia naturali sequela succedit pereuntibus similibus qualitatibus. Sed in his verbis inuoluitur repugnancia: quid enim significatur nomine naturalis sequelæ? Aut enim successio necessaria vnius post aliud, aut naturalis dimanatio vnius ab alio. Si hoc posteriorius significetur, illamet dimanatio est quædam efficientia, & ideo repugnancia in-

Ce uolu-

uoluitur: & præterea ostensum est, nullum esse principium vel formam, à qua sit talis dimanatio. Si vero dicatur prius, oportet in primis reddere rationem illius necessariæ successions; nā quod præcessit similis qualitas, non est ratio sufficiens ut necessario simili succedit, si subiectum omnino mutatur, & quod succedit priori subiecto, non petit similem qualitatem. Et præterea omnis necessaria successio requirit causam efficientem: nam quod succedit alteri, sit de novo: ergo ab aliquo sit: ergo vel per intrinsecam, vel extrinsecam efficientiam, nec potest aliter intelligi naturalis sequela. Cum ergo interdum a sūpē nō intercedat talis causa intrinseca, vel extrinseca, signum est non esse ibi naturalem sequelam, sed durationem eiusdem numero dispositionis seu qualitatis. Quod si eadē qualitas manet: ergo & quantitas, nam cum talis qualitas in sit, media quantitate, non posset eadem qualitas manere, si quantitas mutaretur.

XXIII.

Præter hæc argumenta Physica, quæ ex corpore humano peculiariter sumpta sunt, quamvis nominata possint ad alias res extendi, sunt alia communia omnibus rebus generalibus, quæ ex modo & ordine generationis naturalis desumuntur. Primum enim materia de se est sufficiens subiectum generationis naturalis, quatenus esse potest per actionem agentis corporis, & naturalis: & aliunde est de se indifferens ad quæcumque formam, quæ per generationem induci possit: ex utraque autem conditione intelligi potest, materiam habere ex se quantitatem coenam, & non mutare, vel aliquo modo acquirere illam per generationem. Ex priori quidem, quia ut materia sit aptum subiectum respectu agentis corporis & extensi, necesse est ut ipsa præintelligatur corporata & extensa, quia agens corporeum prærequisitum passum, extensum & corporeum, & localem ac quantitativam applicationem eius, in & contatam, ut Philosophi communiter dicunt. Nec satis, quod in toto tempore alterationis prævia ad generationem, alteratio fiat circa subiectum quantum, sed necesse etiam est ut idem contingat in instanti intrinseco generationis, in quo sit noua actio procedens etiam ab agente corporeo, & quanto: ergo subiectum quod supponitur illi actioni, etiam supponitur corporeum & quantum; non ergo si quantum per illam actionem, nec immediate, nec mediate: nam conditio necessaria ex parte subiecti ut possit officium subiecti exercere, non potest fieri ab agente supponente necessario subiectum iam aptum ut agere possit.

XXIV.

Responderi potest, ad actionem agentis satis est, quod toto tempore alterationis præcedentis supponat subiectum quantum, & in instanti generationis ipsum agens inducat formam talem, ad quam consequatur subiecti qualitas. Iuxta quam responsum negandum est, extensionem aut contractum quantitativum esse in rigore conditionem præviam, aut necessario prærequisitam ad omnem actionem agentis naturalis: sed vel prærequisitam, vel concomitentem: ad actionem enim accidentalem & alterationem est prærequisita, quia per alterationem non sit talis forma, ad quam consequatur qualitas, sed quæ potius quantitatem supponat: ad actionem autem substantialem negabitur esse conditionem prærequisitam in illo tempore instanti, sed consequentem ordinem naturæ, quia per illam actionem talis inducitur forma, quæ possit secum adducere quantitatem, & corporationem materiæ. Atque hoc modo solui potest argumentum Commentatoris, nimirum, materiam habere ex se quantitatem, quia in diuersas partes diuidatur, quia ordinata est ut sit subiectū diuersarū formarum, quas non potest nisi in diuersis partibus recipere, quā partium diuersitatem nō habent nisi media quantitate. Ut enim o-

mittam responderi posse, ad hoc satis est entitatiū partium distinctionem, quam materia ex se habet, & non formaliter quantitatē: et dici potest, materia ā principio diuisam esse in variis partibus, quia sub diuersis formis, & consequenter sub diuersis partibus quantitatis condita est. Postea vero in singulis generationibus, & corruptionibus hanc materiā conferari distinetam ab aliis toto tempore præcedentis alterationis, per quantitatem quam habet sub forma rei quæ corruptitur: in instanti vero generationis per quantitatem, quam in eodem instanti obtinet, mediante formam geniti.

Sed licet hæc response apparens sit, tamen magis Philosophicum, magisque consentaneum corporibus agentibus videtur, quod in omni actione sua supponat subiectum quantum & diuisibile, & diuisitum ab aliis, non solum entitatem, sed etiam quantitatū, sibique propinquum seu applicatum propria & locali applicatione, quæ non sit nisi media quantitate. Et hoc maxime confirmatur ex altera conditione materiæ, quæ est indifferens ad plures formas: cum enim ex se talis sit, ut determinata formam recipiat, oportet ut ab agente prius accommodetur & præxiene disponatur ad taec formam: hæc autem accommodatio, & dispositio non sit nisi præiūdispositionibus accidentalibus, quas necesse est in materia recipi, tum quia antecedunt formam ad quam disponunt: tum etiam quia Physica & naturalis dispositio proxime & immediate esse debet in eo subiecto, quod dispositio ac preparat: hæc autem dispositiones insunt subiecto, media quantitate; ergo & quantitas inest eidem materiæ.

Forma substantialis & dispositiones ad illam quem ordinem in materia seruent.

XXV. Ad hanc rationem variæ dantur responsiones, Præsum quas necesse est proponere & examinare, ut si multa hæc sententia confirmetur, & si quæ est probabilis via, defendendi priorem sententiam, finis innotescat. Prima ergo responsio est, materiam sufficienter aptari & accommodari ad formam per dispositiones, quæ tempore, vel momento præcedunt introductionem substantialis formæ; nam licet in eo instanti in qua forma introducitur, omnes præcedentes dispositiones desinat esse, ita ut in eo momento iam non sint, nihilominus relinquunt materiam accommodatam, & signifikatim (ut aiunt) ut sit proxime capax talis formæ in specie & individuo, potius quam alterius. Hæc tamen responsio supra, tractando de principio indiuitationis, reiecta est, eo quod illa signifikat materiæ nihil esse possit in materia, si materia prorsus manet denudata priori quantitate, & qualitatibus omnibus. Quod autem immediate antea tales qualitates in materia præcessent, est sola denominatio extrinseca, quia in materia nullā rem, nec realē modum relinquunt, iuxta hanc sententiam: non potest autem intelligi, quod materia, quæ erat ex se indifferens, maneat disposita per solam extrinsecam denominationem.

XXVI. Secunda responsio est, in eodem instanti generationis disponi materiam per ultimas dispositiones, & per eas præparari, & accommodari ad formam, & nihilominus non esse subiectum in materia, neque introduci in illam, nisi ut iam informatam substantiali formam, imo & consequi ex formæ ipsa per naturalem dimanationem. Modus autem, quo hoc intelligi, aut fieri potest, declaratur ex illo principio Aristotelis: *Cause sunt sibi inuicem cause in diuero genere.* Vnde fit, ut forma & ultima dispositio possint sibi inuicem esse cause; nam calor ut octo, verbi gratia, est causa formæ ignis in genere dispositionis,

nis, quæ ad materialem causam reducitur: forma vero ignis est causa caloris ut octo in genere principij actuum, vel formalis. Quo fit, ut calor in suo genere sit prior natura, quam forma, & ut sic intelligatur præcedere, disponendo & coaptando materiam ad formam, quamvis in alio genere sit natura posterior, & ut sic, intelligatur subsequi formam, & subiectari in toto composito.

XVIII. Contra hanc vero respondonem multa occurunt, quibus ut exigitur facilius est. Primum intelligo, quomodo aliqua qualitas sit vere preparans & adaptans subiectum ad formam, & quod effectiū consequatur ipsam formam. Dico autem, ut preparans & adaptans, nam si esset tantum dispositio ornans & perficiens, facile est intelligi posset consequens formam, & necessaria etiam ad naturalem conseruationem formæ: hic tamen agimus de dispositio præparante, que determinat, & quasi proxime limitat capacitatem subiecti: & consequenter etiam determinat agens ad talem formam introducendam: ergo fieri non potest, ut talis forma effectiū sequatur ex forma introducta. Probatur consequentia, quia si dispositio fluit à forma immediate, & forma ab agente: ergo agens simpliciter inchoat actionem suam ab introductione formæ, & non attingit actiū dispositionem nisi per formam: ergo talis dispositio nullo modo determinat agens ad talem introductionem formæ, sed potius, media te forma, determinatur agens ad talem ultimam dispositionem efficiendam. Item, dispositio illa nullam causalitatem realem habere potest, nisi quatenus facta est: si autem mediante forma: ergo non potest intelligi ut habens causalitatem realem circa ipsam actionem, quæ sit forma. Præterea, causa dispositiū non disponit, nisi informando, ut supra declarau: unde licet respectu termini, ad quem disponit, dicatur reduci ad causam materialē, tamen respectu subiecti quod disponit, re vera est causa formalis: si ergo haec accidentia non informant materiam, quomodo disponunt illam? Item, si in genere causæ materialis dispositio illa est prior: ergo in eodem genere inest prius, tum quia eius est est inesse; tum etiam, quia non disponit, nisi inhaerendo, & informando: si autem prius natura inest, cui, quæso, inest? Non materiæ, quia si in reali duratione non inest materiæ, nullum genus causalitatis exercere potest, mediante tali inhaerentiæ: ergo secundum nullam prioritatem naturæ vel causalitatis potest vere concipi sic inhaerens. Neque etiam potest inhaerere composito, prout exercet talem causalitatem, quia preparat ad compositum, & quia non disponit compositum, sed materiam, quia illud disponit, cui inhaeret.

XIX. Præterea, si dispositio inhaeret composito, necesse est formam substantialem antecedere in genere causæ materialis, & in genere præparationis & dispositiōnis ad ipsam formam accidentalem: ergo impossibile est, ut in eodem genere forma accidentalis antecederet. Consequentia patet, quia non potest circuitus committi inter causas in eodem genere causalitatis. Et antecedens probatur, quia vel accidentis inhaeret toti composito per se primo: & sic partialiter inhaeret formæ substanciali: ergo antecedit forma substancialis in genere causæ materialis; vel accidentis inhaeret materia ut prius informata forma substanciali, & sic forma substancialis solum est medium, quo materia recipit quantitatē, & subsequentes dispositiōnes; ergo multa magis dici potest forma substancialis dispositio materiae ad recipiendam quantitatē, & ceteras dispositiōnes, quam econtrario.

Ad hoc responderi solet, in forma substanciali esse gradus, & prout forma confort superiorem, & genericum gradum, completere subiectum dispositiōnum subsequentis gradus: & ita non committi circuitus in eodem genere causæ inter eadem, secundū

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

eandem rationem: ut, verbi gratia, anima ut dat esse corporeum, completere subiectum receptuum qualitatē, in quo subinde recipi possunt dispositiōnes ad gradum viuentis: & sic de subsequentibus. Sed hæc responsio mihi nunquam placere aut satisfacere potuit: tum quia illa distinctione formæ secundum diuersos gradus est distinctione rationis per nos tristis conceptus præciosos aut confusos: ergo nihil referre potest ad realem causalitatem & inhaerationem accidentium in materia, vel composito; tum etiam, quia etiam si loquimur de forma secundum primū gradum formæ substancialis dantis esse corporeum, introducitur in materiam determinata formæ & distincta à reliquis: non enim introducitur formæ in communione: ergo antecedit dispositio præparans materiam: tum præterea, quia forma que corrupitur, non prius expellitur sub gradu generico, quam specifico, nam est impossibile intelligere gradū specificum sine generico, quia hoc est quasi fundamentum illius: unde si aliquis ordo deberet intercedere, inchoandū esset ab inferioribus gradibus: ergo nec forma opposita introducitur prius secundū gradū genericū, &c. Denique falsum est agens prius disponere materiam ad gradum genericum: nam ignis v.g. non disponit ad formam elementi, nisi disponendo ad formam ignis; & sic de aliis.

Ultimo solet fieri argumentum de ratione cause efficientis, nam dispositio ultima effectiū attingit educationem seu introductionem formæ, nam accidentis in virtute substantiæ attingit effectiū rationem eius: ergo non potest eadem dispositio effectiū manare à formæ, quam efficit. Respondent aliqui non dispositiōnem ultimam, qua manet cum formæ in instanti generationis, sed quæ immediate ante præcessit, attingere effectiū introductionem formæ, ut instrumentum eius. Sed hoc improbable est, quia quod non est, non potest esse instrumentum agendi: illa autem dispositio in illo instanti iam non est, iuxta hanc sententiam. Quod vero proxime præcesserit, non satis est, quia solum est extrinseca denominatio: Et licet sit naturalis sequela inter illa dispositiōnem & formam, necesse est ut illam et sequela sit ex via alterius causæ efficientis: nā illa sequela non est diminutio formæ dispositiōne, cum res non diminet ab eo, quod iam non est, sed est solum necessaria & immediata successio post talem dispositiōnē, quæ successio fundari necessario debet in efficientia alicuius causæ, quæ vnum efficit immediate post aliud. Melior responsio est, nullam dispositiōnem receptam in passo, attingere effectiū introductionē formæ: quod autem dicitur accidentis in virtute substantiæ attingere effectiū substantiam, non esse intelligendū de accidente quod recipitur in passo, vel effectu, sed de facultate accidentiali, quæ est in ipso agente, ut v.g. de calore, qui est in igne, vel de virtute seminali, quæ est in semine. Sed licet hoc admittamus, inde sumitur non leue argumentum, nam instrumentum naturale non attingit superiorē actionem principali agentis, nisi prævia propria, & cōnaturali actione iuxta doctrinam D. Thom. 1. parte, quæst. 45. art. 5. infra tractandam: ergo si ignis per calorem quem in se habet, attingit formam substancialē in instanti generationis, calor eiusdem ignis in eodem instanti agit prævia calefactione: ergo calor qui recipitur in passo tanquam ultima dispositio ad formam ignis non manat effectiū ab ipsa forma geniti, sed per propriam actionem fit à calore qui est in igne generante: alias potius actio qua educitur substancialis forma, esset prævia ad emanationem caloris, qui est ultima dispositio, quam econverso. Nec vero dici potest, quod illa ultima dispositio simul fiat duobus modis, scilicet directe & immediate à calore ignis per actionem prævia in genere causæ materialis, & rursus à forma ignis geniti per dimanationem naturalem, quia nō potest naturaliter idem effectus si

mul fieri à pluribus causis, & actionibus totalibus ac per se sufficientibus : & quia secundum altera actionem præviam deberet dispositio illa fieri in materia, licet per altam dimanationem dicatur fieri in composto.

XXXI. Tertia respositio ad principalem rationem, & probabilius est, in materia nullam per se, requiri dispositionem praeviam: sed solum per accidentis ad expellendam formam, & dispositiones contrarias. Vnde tota alteratio que antecedit instans generationis solum ad hoc ordinatur ut in instantie generationis materia maneat sine vila repugnantia ad recipiendam actionem agentis perfectam, in materia autem sic relieta agens statim introducit suam formam substantialem absque dispositione praevia cum omnibus dispositionibus concomitantibus ipsam. Nec enim quia materia ex se est indifferens, necessaria illi est ultima dispositio praevia, quae determinetur ad talē formam, quia est indifferens per vniuersalitatem seu integrum capacitatem cuiuscunque formæ: agens vero ex sua forma determinatur ad introducendā hanc formam in specie potius quam aliam: & ex circumstantiis, vel concursu primæ causæ determinatur ad introducendam hanc numero formam. Quod à simili declaratur ex accidentalí actione, nam lignum de se indifferens est ad calorem & frigus: si vero applicetur ignis, recipit calorem potius quam frigus, non propter praeviam dispositionem, sed propter determinationem & naturam agentis.

XXXII. Hæc responso est quidem apparenſ: ſed videtur parum conſentanea communī doctrīna Philoſophorum, apud quos receptiſſima eſt diſtinctio ma-teriæ in primam, & proximam, id eſt, præparatam & vltimam diſpoſitam ad determinatam formam: & e-contrario dicere ſolent iudeum, formam vnam quam-que ſecundum propriā ſpeciem, non reſpicere tantū materiā nudam, ſed præparatam, & fibi accommo-darāt per connaturales diſpoſitiones. Vnde & ani-ma deſinuit, quod ſit actus corporis Physici, organici, &c. Deinde non poſſunt omnes Physici eſfectus illo mo-do commode ſalvare. Primo, quia iuxta illam ſen-tentiā agens perfeclum ſemper eſiceret ex qua-cunq; materiā eſfectum ſibi perfeclē ſimilem in o-minibus qualitatibus ſibi co-naturalibus, quia ſi pri-us omnino denudat materiā: & relinquit illam fine-villa repugnantia, & in illa primo introducit ſuam formam perfeclē ſibi ſimilem in natura ſpecifica, neceſſe eſt ut ad illam formam neceſſario confequā-tur omnes qualitatis & diſpoſitiones ei connatu-ales, quia nihil eſt quod reſtat formaliter in ipsa ma-teriā: videmus autem non ita accidere in naturali-bus generationibus, ſed multa ſubſtantialiter gene-rari cum admiſſione peregrinarum qualitatuum ob-diſpoſitionem vel impuritatē materiæ ex qua ge-neratur. Secundo in agentibus æquiovis non po-tet reddi ſufficiente ratio ob quam determinentur ad introducendam vnam formam ſubſtantialē po-tius quam aliam, vt, verbi gratia, quando Sol gene-ratur, ſi in instanti quo introducit formam auri, reperit materiā nudam, & de ſe proſrus in diſper-dent, non poeteſt ab illa de-terminari, nec vero ex ſe eſt determinatus, alia ſemper induceret talem formā in materiā indiſferentem. Et in generatione ho-minis optime etiam declaratur hæc diſcultas, nam in instanti in quo anima rationalis inducitur in corpus, tota materiā corporis præintelligitur nuda omnibus diſpoſitionibus, eque indiſferent eſt ſecun-dum omnes partes ſuas, vt anima eis informet hoc vel illo mo-do, & vt ex illa fequantur hæc vel illæ diſpoſitiones in hac vel illa parte materiæ; vnde ergo determinatur vt in hac parte potius vniatur hoc

XXXIII. *Solum video posse responderi, esse hanc naturalem successionem rerum, ut post talem alterationem precedentem sequatur talis forma, vel unio formæ*

etiam materia de se sit indifferens, & virtus agentis eminentior. Ratio autem huius successionis necessaria: solum reddi potest, & quia agens natura sua est de terminatum ad agendum tali modo, vel quia res ipsa sunt ita ex se coordinatae. Veruntamen haec responsio solum est apta ad fugiendam difficultatem, non vero ad rem declarandam, & rationem eius reddendam. Maxime, quia tunc alteratio quae praedita, iuxta hanc sententiam per accidens est ad tollenda solum impedimenta, que sunt ex parte pali: ergo ordo & successio inter illam alterationem, & sequentem actionem non potest esse per se; neque inde sumi potest sufficiens ratio determinationis. Tertio ergo ratio superius facta, saltem ad hominem, quia ignis vel Sol introducit formam medio calore, aut lumine, ut instrumento: ergo agit prævia calefactione, &c. Responderi verò similiter potest, agere prævia calefactione non in eodem instanti, sed prævia calefactione, quæ præcedit toto tempore ante intrans generationis. Quæ responsio eadem ratione non satisfacit, quia illa calefactione duratio anterior, solum per accidens est prævia iuxta hanc sententiam, propter expellendum formam repugnantem. Vnde si fingeremus non esse necessariam calefactionem ad corruptendum prius subiectum, sed alia via posse corrupti, nihilominus in instanti generationis, ignis generaret ignem medio calore suo: ordo autem instrumenti in agendo prævia actione propria est, per se, & non per accidens: ergo non debet esse solum in actione quæ antecedit duratio, sed etiam in ipsomet instanti generationis.

In quatuor membra presens questio dividitur.

Fundamenta posterioris sententiae videntur sane XXII valde urgentia, & aliquid conuincere, quod ad praesentem questionem maxime pertinet, aliquid vero satis probabiliter persuadere: quia ut declaravi, & sententiam meam aperiam, distinguo varias questiones quae hic involvuntur. Prima & in praesenti praeципue intenta est, an ratione proprii subiecti, & causae materialis sola materia possit terminare dependentiam formae accidentalis, ita ut proxime & adquare accidere inhæreat soli materiæ, etiamque alia debet esse informata forma substantialis, tanquam necessaria ad esse materiæ, non tamen ut cōcurrente simili in ratione subiecti, vel causæ materialis ad esse formæ accidentalis. Secunda quæstio est, si quantitas & alia accidentia quæ illi insunt, inhærent materiae prædicto modo, an inde sequatur quantitatem esse eorum a materia, & manere eandem numero cum aliis accidentibus in genito & corrupto. Tertia quæstio est, an in aliquo genere causæ dici possit formam primum in viri materia, quæ accidentia: & quomodo in variis opinioneis loquendum sit. Quarta quæstio esse potest, esto, inhærente possit quantitas soli materiae, an quando substantialis forma materialis est & extensa sicut materia, tunc quantitas immediate etiam inhæreat terti compositione per se primo, ita ut veramque eius partem essentialiæ proxime attingat.

*Quantitas interdum soli materie in-
heret.*

Dico ergo primo, rationibus posteriore loeo fa-
ctis sufficenter conuinci, materiam esse posse,
& de facto aliquando esse proprium subiectum, cui
soli quantitas inhæret, quamvis non extra compo-
situs substantia: quod ab aliis dici solet materiam
esse subiectum inhæsionis, quamvis totum compo-
situs sit subiectum denominationis: vel aliter, co-
positum esse quod recipit quantitatem, ratione vero
reci-

recipiendi esse solam materiam: sicut totus homo denominatur intellectualis, & habere seu recipere intellectum, quamvis ratio recipiendi, seu subiectum inhesionis sit sola anima. Et hæc cœlus est authorum secundæ sententiaz, & non est contraria authoribus primaz. Vnum excipio Durandum, qui disertè declarat contrarium sensum: solum propter illâ rationem quod materia est potentia pura, & ideo non pot recipere actum accidentale sine substantiali. Quæ ratio solum probat, actum substantiali exigi, vel ad summum præxi ante actum accidentale: non vero quod ipsemet actus substantialis necessariò debeat concurrere materialiter ad recipiendum accidēs. Nec video quomodo Durandus se expediāt ab argumento facto de quantitate corporis humani: concedit enim est animam rationalem concurrere proxime & immediate cum materia ad recipiendam quantitatem: negat tamen inde sequi animam participare effectum formalem quantitatis: quia potest (inquit) forma recipi per se primo in compōsito ratione virtutisque partis immediate recipiētis partialiter formam accidentalem; & nihilominus nō conferre sūm effectum formalem nisi alteri parti compōsiti. Quæ sane est clara repugantia, & implicatio in adiecto, ut variis modis superius declaratum, & probatū est: nam recipere materialiter accidens, idem est quod informari accidente: ergo si partialiter recipit, partialiter informatur: implicat autem informari, & non recipere informationem, iuxta modum informationis, scilicet vel totalis, vel partialis. Et confirmatur ac declaratur, nam reliqua formæ substantialis hoc ipso, quod informantur partialiter quantitatem, recipiunt formalem effectum eius: ergo si rationalis anima etiam informatur partialiter, participabit eundem effectum. Quod si dicatur alias formas participare illum effectum, quia sunt capaces eius: nostram vero animam esse incapacem: hæc ipsa responsio conuincit humanam animam non esse capacem proxime & immediate receptionis partialis quātitatis, sicut sunt alia formæ substantialia. Hæc ergo ratio vindetur conuincere assertionem positam.

XXXVI. Solum potest obiecti de actibus immanentibus sentiendi & amandi sensibiliter: qui sunt extensi, & cōsequenter immediate in quantitate recepti: & tamen necesse est ut immediate in formam, saltem partialiter, ipsam animam, alias quomodo constituerent animam viuentem? nam homo certè non videret per corpus, sed per animam. Sed hæc obiectio longiorem postulat disputationem, pertinentem ad libros de Anima: nā multi propter eam causam putant, potentias etiam sensitivias non distinguere realiter ab anima, & actus ipsos sentiendi esse spirituales, & recipi immediate in sola anima, quibus difficile est, vel colligere immortalitatem animarum ex operatione, vel evitare quo minus idem sequatur in animabus brutorum. Alij dicunt, cognoscere & amare preceipue confidere in efficiendo actus illos: & ideo satis esse, quod anima actualiter immediate in illos influat, quamvis eis proxime non informetur. Alij deinde aiunt necessariam quidem esse efficientiam & receptionem, satis vero esse, quod actus recipiantur in potentia & corpore, cui anima intime a formaliter coniuncta sit. Et ideo non tam proprie dicitur anima videre, sicut intelligere: sed homo totus est, qui per se primo videt, principaliter quidem per animam, instrumentaliter autem per corpus. Quid autem horum verius sit, in proprio loco tractandum est.

Quæ accidentia corrupti eadem numero maneant in genio.

XXXVII. Dico secundo: Quamvis probabile sit naturaliter non manere eadem accidentia numero in re

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

genita, quæ erāt incorrupta, probabilius tamē vide- du posse tur oppositum quoad quantitatem, & dispositiones accidentes quæ vel ordinātur ad formam genitæ, vel illi non reperire. pugnant, præserim quando in sola materia prius inhaerent. Cur addam hanc limitationem, constabit ex resolutione quarta questionis proposita. Hanc conclusionem (ut existimo) satis probat multa ex argumentis factis in secunda opinione. Et declaratur breviter, supponendo, quod Caïetanus notauit de ente & essent. cap. 7. quæst. 17. quatuor tantum modis posse definiri accidens, scilicet ut ad corruptionem subiecti, vel per introductionem contrarii, vel per desitionem termini, vel per absentiam alterius causæ conseruantis. In presenti ergo talia accidentia nō possunt definire ex defectu proprii subiecti cui inhærent: nam supponimus esse inhæsum in sola materia, quæ non perit. Item, secundus modus corruptionis hic non habet locum, quia quantitas non habet contrarium, & licet qualitas illud habeat, supponimus tamen in casu, de quo loquimur, non introduci. De tertio etiam modo constat, non esse ad rem, quia est proprius relatiuorum. Superest ergo dicendum de quarto: nam si per absentiam formæ substantialis pereat omnia accidentia compōsiti, & non ex defectu causa materialis, quia supponimus formam per se non immediatè concurrere, etiā partialiter, ad recipiendam quantitatem, necesse est ut forma habeat respectu accidentium aliquod aliud genus causalitatis, ratione cuius ex absētia talis causa sequatur corruptio talium accidentium. Nam si accidentia non pendent à formā in aliquo genere causæ, non est cur pereant, recedente forma. Duo bus autem modis intelligi possunt pendere, scilicet in genere causæ formalis, vel efficientis.

Accidentia in genere causa formæ quo modo à formæ subiecta pendunt.

Prior dependentia non potest esse immediata, **xxxviii.** sed mediata: forma enim substantialis non informat quantitatem vel alia accidentia, neque intelligi potest, quo alio modo immediata circa illa exerceat munus causæ formalis: ergo non possunt accidentia pendere à forma immediate in eo genere causæ. Mediata vero dependentia vera est, & facile intelligitur, nam, quia accidentia proxime pendent à materia, ut à subiecto, & materia pendent à forma in genere causæ formalis, fit, ut saltem mediata quantitas pendat à forma in genere causa formalis. Hæc autem dependentia non satis est, ut, recedente forma, pereat quantitas, quia forma quæ recedit, succedit alia, quæ idem numero subiectum conseruat. Etenim sub hac ratione quantitas non alia de causa pendent à forma, nisi quia materia pendet: ergo si circa materiam illa dependentia satis suppletur per subsequentem formam, multò magis circa quantitatem. Et declaratur à simili, nam si materia effectiue conseruaretur ab uno agente, & postea desineret conseruari ab illo, & conseruaretur ab alio, nihilominus haberet eandem formam substantialē, & eadem accidentia in eo manerent, quia formæ & accidentibus impertinens est, quod materia conservetur ab hoc, vel illo agente, aut hac vel illa actione, sed per se solum est necessarium, ut eadem numero conserueretur: idem ergo est in presenti. Imo, si Deus per absolutam potentiam conseruaret materiam sine forma, supplingo effectiue formalem concursum formæ (quod infra ostendemus fieri posse) quantum est ex vi huius dependentia manerent in materia omnium accidentia quæ in illa inhærent, quia ad illa solum requiruntur, quod materia conseruaretur: quod vero hac via, id est, mediata forma, vel per solā efficientiam superioris causæ, parum interest. Sicut in mysterio Eucharistiz dicunt Theologi, conseruata quantitate absque substantiali, sine nouo miraculo, in ea conseruari accidentia quæ illi inhærent: quia supponendo, quod illi inhærent, solum pendent à substantialia mediata, ut a sustentante quantitatem: unde

hoc ipso quod Deus supplet effectiue sustentationem illam materiali, possunt eadem accidentia in quantitate inhaerere & conseruari. Propter hanc ergo formam mediataam dependentiam non destruentur accidentia, recedente forma.

XXXIX. *Alius modus dependentia esse potest in genere accidentia causa efficientis, qui est probabilis: omnino tamen in genere est incertus, nec via sufficiet ratione haec tenus probatus, ut suprad ostendi, & ex solutionibus argumentorum amplius patebit. Nunc vero addo, etiam admissa illa dependentia effectiva immediata, non sequi, recedente forma substantiali, perire quantitatem, propter causam paulo ante inveniuntam, videlicet, quia illa causa quae recedit, alia simili succedit, sufficiens ad conseruandum eundem numero effectum absque interruptione: quando autem causa efficientis sit in succedit, non mutatur effectus, sed idem numero conseruatur. Hac posterior propositio supponitur ex dicendis infra de causa efficienti. Prior autem propositio probatur, quia licet forma substantialis, quae succedit alteri, sit specie diuersa, tamen in ratione causandi effectiue quantitatem, in qualibet sufficiens vis. Vnde etiam qui dicunt mutari quantitatem, fatentur ex forma succedente, quantumvis imperfecta, manere quantitatem omnino similem priori, & que perfectam: ergo multo maiori ratione habebit illa forma vim ad influendam in praexistente quantitatem & conseruandam illam, nec potest reddi sufficiens ratio, cur in hoc effectu hoc magis repugneret, quam in aliis. Nam licet posset aliquis dicere, eam efficientiam quae est per naturalem resultantiam, esse adeo intrinsecam, ut non posset per successionem similiis aut equalis causae continuari (ut ita dicam) circa eandem proprietatem vel effectum: id tamen dicetur mere gratis ad effugendam vim rationis, tum quia illa dimanatio quantumvis intrinseca dicatur, non transeundit causalitatem effectiua, tum etiam quia qualisunque sit illa efficientia, alia simili succedit, & ibi non adiungitur alia connexio formalis, aut materialis, neque in dividuatio quantitatis est per hanc formam: nihil ergo obstat, quo minus per influxum similiis formae eadem quantitas conseruetur; ergo siue quantitas effectiue dependat a forma substantiali, vt est forma corporeitatis, siue non, hinc inferri non potest, mutari accidentia in alia simili numero distincta, mutata forma. Quod si nullam causa sufficiens corruptionis assignatur, superflue multiplicantur res, & introducitur tanta mutatio, ybi etiam sensus ipsi repugnare videntur. Omitto, hunc dicendi modum favorabiliorem (ut sic loquar) esse ad res alias Theologicas explicandas ut est mysterium Eucharistiae, & effectus, qui ex illo consequuntur, & veneratio reliquiarum, nam cum contingamus quantitatem, & extrinseca accidentia, maior deuotio conciliatur circa corpora Sanctorum, si intelligamus, hanc eandem quantitatem, quam nos contingimus, fuisse in corpore viuio eiusdem Sancti.*

Explicatur mutua dependentia, & prioritas inter quantitatem, & formam substantialiem.

XL. *Dico tertio: In aliquo genere causa verum est compositum substantiali, ac unione formae cum materia esse prius natura quantitate, & aliis accidentibus: licet in alio genere sit posterior. Hac assertio in primis potest probari haec generali ratione, quod forma substantialis quantitatem requirit in materia: & econtrario, accidentia habent aliquam dependentiam a composito, & a forma: sed omnis dependentia secum afferre aliquam prioritatem naturae: ergo. Maior potest ex dictis, nam saltem oportet esse dependentiam mediataam, quatenus materia p-*

erat a composito & a forma. Modus autem in particulari declarabitur, & defendendis hoc genus causalitatis varius esse potest, iuxta varios modos attribuendi forma causalitatem in quantitatem. Ex quibus illi facilior est & clarior, & in rigore sufficiens, iuxta quem forma dicitur supponere quantitatem ut preparacionem materiæ: eiusque prioritatem reduci ad genus causa materialis quantitatem in vero pendere a forma solum mediate in genere causa formalis. Vnde, si ut materia & forma ad inuitem pendent, & sunt prius, & posterius in suis generibus sine repugnancia, ita similes se habere possunt quantitas & forma substantialis: & eadem ratione, si ut materia licet pendat a forma, & sub ea ratione dicatur posterior, illa nihilominus potest manere sub forma distincta: ita idem proportionaliter est in quantitate.

Ex quo etiam obiter intelligitur non repugnare eadem rem esse priorem duratione quam alijs. *Ex alijs* posteriori natura in aliquo genere causa: loquitur prius de eadem re materialiter (ut ita dicam) & non formaliter, quatenus effectus est alterius: sic n. materia *quatuor* huius ligni, v. g. absolute prior duratione est, quam formalis ligni, fuit enim creatura a principio mundi, ex tunc habet esse, nunc autem quatenus pender ab hac forma, est natura posterior illa. Similiter, si unum lumen prius productum a praecedente luminoso, conseruetur ab alio postea creato, tale lumen est prius tempore sua causa conseruanda; quam diu vero ab ea conseruatur, sub hac ratione est natura posterior, & ut tempore antecessit: non fuit effectus talis causa: & ideo illa temporalis antecessio per accidens habet ad causalitatem vel ordinem naturæ postea subsecutum: & propterea non repugnat eadem rem quae nunc est natura posterior, tempore antecessisse: nam per se solum necessarii in est ut effectus natura posterior, ex quo copit esse effectus seu quatenus effectus est, non sit tempore prior sua causa a qua pender per influxum realis: quod addo, ut finalem causam excludam. Ad hunc ergo modum Philosophandū est de quantitate, & forma substantiali: potest enim quantitas dici posterior natura substantiali forma, quatenus ab ea pender modo supra dicto, & nihilominus esse tempore anterior haec vel illa forma. Quapropter nullam vim habet illa ratiocinatio: compotum substantiali est prius natura quam accidentia, & forma substantialis quam quantitas: ergo quantitas non inhaeret materia: ergo recedente hac forma, perit haec quantitas. Negatur enim utramque illatio, quia cum posterioritate naturæ potest esse prioritas temporis: & quia quod una ratione est prius, potest alia esse posterius.

Atque hic modus est facilis, ut dixi, & in rigore sufficiens: potest autem aliis excogitari ad explicandum hunc mutuum ordinem inter quantitatem & formam, ut nimis altera respectu alterius sit conditio necessaria ut materia illas possit recipere: nam materia non potest recipere naturaliter formam nisi sit extensa, neque quantitatem nisi sit terminata per formam: atque haec de causa possunt ad inuitem dependere quantitas & forma sub diversis rationibus materialibus. Nam licet forma respectu materiae sit causa formalis, respectu tamen quantitatis reducit ad materialem, iuxta hunc dicendi modum, quia est veluti dispositio materiae, ut possit quantitatem sustentare: Nec est inconveniens quod dispositio diversarum rationum habeant inter se hanc mutuam dependentiam, tum quia ordinantur ad diversos effectus formales, qui ex diversis capitibus sunt necessarii subiecto, tum praecipue, quia non habent illum mutuum ordinem inter se immediate, sed respectu subiecti, ad cuius esse sunt necessariae. Exempli esse potest in calore, & fuscitate ignis: utraque n. qualitas est necessaria dispositio ad conseruationem ignis: vnde & calor dici potest necessaria dispositio ad fuscitatem, & fuscitas ad calor ignis: quia illa necessitas non oritur ex

ex his qualitatibus secundum se, sed quatenus virtus necessaria est ad conseruationem talis subiecti. Hac tamen mutua dependentia quantitatis & forme, non impedit quo minus quātitas & possit inhāre materiæ, & possit manere mutata forma: quia per se non requirit hanc vel illam formam, sed absolute substantiale formam. Addo etiam, in huiusmodi mutua dependentia prioritatem ipsam naturæ, esse diuersa rationis in utroq; extremo: nam in quantitate est via originis & executionis, ac præparationis materiae, in forma vero est via perfectionis, int̄entionis, & ultimæ terminationis materiae. Et hac etiam ratione facilis intelligitur posse mutari formam, manente eadem quantitate in materia. Atque ita posset etiā hæc mutua prioritas explicari per habitudinem causæ finalis & materialis, ut ex dictis facile constat. Denique à multis explicatur per habitudinem causa materialis & efficientis, quia quantitas materialiter comparatur ad formam per modū dispositionis: forma vero ad quantitatem efficiet. Hic vero modus in se est difficultior propter ea quæ dixi inter arguendum pro secunda sententia: erit tamen intelligibilior, si quantitas non ponatur ut dispositio præparans, sed tantum ut conseruans & fons. Et, hoc etiam posito, non obstat, quo minus quantitas inhāret materiae, & in ea manere possit, mutata forma, quia potest quantitas manare à formam materiam, & per varias formas eadem conseruari, ut supra explicatum est. Mihi tamē priores modi probabiliores videntur, & omnibus difficultatibus sufficienter satisfacere.

Probabilius est quantitatem semper inherere soli materia.

XLIII. Dico quartè: In compositis substancialibus ex materia & forma extensa, probabile est habere quantitatem peculiarem vniōne cum forma, seu in illa immediate recipi partialiter simul cum materia: probabilius tamen est oppositum, id est, eodem modo Philosophandum esse de omnibus substancialibus materialibus. Est in his formis specialis ratio dubitandi, quia hæc formæ extensa participant effectum formalem quantitatis: nam coextenduntur illi, & partes earum non possunt naturaliter se se loco penetrare propter quantitatem: ergo necessarium videtur, ut quantitas longe alteri eis vniatur, quam animæ rationali: ergo vniatur eis proximè & immediate: vniatur autem per modum accidentialis formæ, & dando suum effectum formalem iuxta capacitatem passi: ergo inhāret illis, & recipitur in illis partialiter. Et cōfirmatur, nā ex negatione formalis effectus quantitatis in anima rationali, inferemus negationem proximæ vniōnis, & partialis inhāretiæ, ergo ex opposita affirmatione, contraria etiam affirmatio recte colligitur; ideo enim ad negationem sequitur negatio, quia ad affirmationē requiritur affirmatio. Tandem confirmatur, quia duobus tātum modis potest aliqua res participare effectum quantitatis, scilicet, vel quia recipit quantitatem, vel quia recipitur in quantitate, ut calor vel color, sed forma substancialis non participat effectū quantitatis hoc posteriori modo, quia non potest ipsa recipi in quantitate: ergo oportet ut fiat priori modo. Major patet, quia nisi altero ex illis duobus modis coniungantur quantitas & res quæ quantificatur (ut si dicam) non vniuent per se immediate, sed tantum per accidēs, quatenus vniuntur eidem subiecto; hoc autem non patet est, ut vna participet effectum alterius, ut patet in anima rationali, & in accidentibus: nam licet albedo, & dulcedo in eodem subiecto vniuantur, albedo non fit dulcis, nec dulcedo alba. Propter has ergo rationes videtur probabile esse, singulare in homine, quod quantitas in sola materia inhāret, quod licet

verum esset, non repugnaret his quæ haec tenuis diximus de causalitate materiae respectu accidentium: solum enim dictum est materiam ex se posse per suā entitatem solam exercere hanc causalitatem sine admiciculo formæ (ut si dicam) conrecipientis accidentis: nunc vero probabiliter addimus, composite posse per se primo & adæquate exercere hanc causalitatem in immediate circa quantitatem, & mediate circa accidentia, quæ insunt quantitatib; vnde concluditur, materiam interdū per se solam, interdū simul formam exercere hanc causalitatem.

XLIV.

Ad persuadendam autem alteram assertionis partem, qua dicimus oppositum esse probabilium, interrogandum occurrit iuxta dictam sententiam, si quātitas inest immediate alicui composite materiali, ita ut proximè vniatur formæ & materiae partialiter, an in quantitate sit vna indiuisibilis vniō ad materiam & formam, an vero sit vna cōposita ex duabus partialibus. Nam, quod sit indiuisibilis, videntur ex eo probari, quod res quæ vniatur, indiuisibilis est: non enim nunc confidemus in quantitate diuisibilitate partium integrantium, sed indiuisibilitatem quam habet in ratione formæ: nam comparando totā quātitatem, & singulas partes eius ad subiectum, eadem entitas quantitatis quæ vniatur materiae, vniatur formæ, & è contrario: & hoc sensu dicimus illam esse indiuisibilem in ratione formæ: ergo vniō est indiuisibilis, licet res ad quam terminatur vniō, cōposita sit. Patet cōsequentia, tum quia vniō, cum sit modus formæ quæ vniatur, debet esse illi proportionata & accommodata, tum etiam quia per eam vniōem indiuisibiliter vniatur quantitas cōposito, & utrīq; parti eius. Et cōfirmatur, nam in causalitate effectu, quando effectus procedit à duabus causis per se, vel partialibus in vno ordine, vel totalibus in diuersis, vniā indiuisibili actione manat effectus ab utrāque causa: ergo in genere causæ materialis quantitas quæ est adæquate in toto composite, & partialiter in materia & forma, eadem indiuisibili vniōne ab utrāque penderet.

XLV.

In contrarium vero est, quia illa vniō quantitatis ad materiam potest conseruari, etiamsi dissoluitur vniō ad hanc formam: ergo nō est vna & indiuisibilis vniō; nam quod indiuisibile est, non potest ex parte manere, & ex parte corrumpi: pugnat enim hoc cum indiuisibilitate. Vnde, quando effectus per eandem actionem indiuisibilem penderet à duabus causis, non potest illa actio conseruari respectu vnius causæ, & cessare respectu alterius: quomodo enim diuidetur, quod indiuisibile est. Primum vero antecedens probatur, quia materia de se sufficiens est ad sustinendā quantitatē, ut supra est ostensum: ergo de se est sufficiens terminus vniōnis quantitatis ad ipsam: ergo quamvis dissoluitur vniō ad formam, si materia in rerum natura manet, conseruabitur vniō ad ipsam: ut, verbi gratia, si Deus, ablata forma, conseruaret materiam, supplendo effectu concursum formæ, sine novo miraculo conseruaret vniō quantitatis ad materiam, propter dictam rationem, & tamē, ablata forma, necesse est auferri vniōem ad ipsam: ergo necesse est illas vniōes esse saltem partialiter diuisibiles. Item, de facto in homine conseruatur vniō quantitatis ad materiam sine immediata vniōne eiusdem quantitatis ad formam: ergo pariratione in quolibet alio corpore potest manere eadem vniō quantitatis ad materiam, dissoluta vel mutata vniōne ad formam. Neque enim verisimile est, vniōem quantitatis ad materiam esse maiorem, vel alterius rationis in homine, quam in aliis substancialiis: quia nō habet maiorem, vel diuersum effectum formalem in corpore hominis, quam in aliis corporibus: ergo non magis inhāret illi, aut diuerso modo. Denique alias necesse est, mutata forma, mutari totam vniōem quantitatis ad subiectum suum, quia si est indiuisibilis, non potest mutui aut augeri, aut in vna parte

C. 4 muta-

mutari, & in alia manere: sed aut tota manere debet, aut tota mutari: non potest autem tota manere, si est indivisibilis, & peculiari modo, ac immediate ad formam materialem terminatur, quia si forma quæ recedit, est materialis, iam tollitur unio ad ipsam: si vero forma quæ recedit, est immaterialis, necesse est ut illi succedat materialis forma, cui quantitas peculiarter vniatur, quod non posset fieri per augmentum unionis, si unio est indivisibilis: ergo erit per mutationem totius unionis: ergo quies formæ mutatur, necessario mutanda est tota unio quantitatis: ergo & quantitas ipsa, quia non potest quantitas mutari de subiecto in subiectum, nec conferuari eadem, mutata inhaesione: ostendimus autem probabilius esse, non necessario mutari quantitatem, mutata formæ: ergo.

XLVI.
Quantitas
materiæ &
forma non
simpliciter
unionis ne-
ditur.

Propter hæc ergo probabilius videtur, non vnius quantitatam materiæ & formæ vna & indivisibilis unionem. Neque enim verisimile est, unione quantitatis ad materiam esse diuersæ rationis in homine, ac in aliis rebus: quia de unione non possumus iudicare, nisi ex termino & effectu ipsius: hic autem est eiusdem rationis in materia hominis, & aliarum rerum: si ergo illa unio in homine non dicit habitudinem essentialiter & indivisibiliter ad duas res, neque etiam in aliis rebus illam includet. Quapropter si in aliis rebus quantitas peculiari modo vniatur formis, id fit per augmentum unionis, addendo scilicet peculiarem seu partiale unione ad formam.

XLVII.
Forma sub-
stancialis
quantitatis
non imme-
diata uni-
tur.

Ex hoc vero vterius infero probationem posterioris partis conclusionis, scilicet probabilius est etiam in rebus omnino materialibus non intercedere specialem unionem partialē inter formam, & quantitatē. Probatur primum, quia in omnibus rebus quantitas vniatur materiæ ut cause totali, & sufficienti in genere causa materialis: ergo non vniatur alteri rei in eodem genere causa. Antecedens probatur, quia in homine vniatur quantitas materiæ ut cause totali in illo genere; sed illa unio est eiusdem rationis & perfectionis in aliis rebus: ergo. Item, quia materia de se est sufficienti ut sit totalis causa, & in suo genere necessario & naturaliter causat, quantum potest: ergo in qualibet re ita causat, & vniatur quantitati per modum sufficientis, & totalis cause. Tandem, quia quando materia transmutatur à forma hominis ad formam cadaveris, non est verisimile diminui in illa causalitate circa quantitatem: & ut dicebam, non posset satis intelligi illa diminutio sine transmutatione ipsiusmet quantitatis. Prima vero consequentia probatur, quia unius effectus tantum potest dari vna causa totalis in qualibet genere & ordine: si ergo materia est sufficienti, & totalis causa per modum subiecti inhaesioneis quantitatis, superfluum est singere, quod aliquid aliud concurrat proximè in eodem genere cause. Item, quia unio quantitatis ad materiam est in sua specie integra & totalis, ut patet in homine: ergo non potest coniungi cum alia unione partiali ad componendam vnam integrum unionem. Tandem, quia quantitas est proprietatis intrinseca substantiæ corporeæ: ergo natura sua dicit definitam habitudinem ad aliquod subiectum inhaesioneis sibi connaturale & proportionatum: ergo vel illud semper est materia, vel semper compositum: neque enim intelligi potest, quod indifferenter, & quasi sub distinctione respiciat vrumque, cum habitudo eius sit simplex & vnius rationis, & determinet subiectum seu terminum sibi proportionatum. Si ergo hoc subiectum sit totum compositum, erit quantitas in homine præternaturali modo, & quasi inadæquato: si vero habitudo transcendentalis quantitatis est ad materiam, ut ad proprium & adæquatum subiectum inhaesioneis, semper & ubique quantitas est in sola materia, ut in tali subiecto.

XLVIII. Et confirmatur, soluendo rationem in opposi-

tum; quia, ut forma materialis sit suo modo extensa, & quanta, non est necesse ut quantitatibus subiiciatur, sed satis est, quod rei quantæ inhæreat, non inhærendo ipsi quantitatibus, sed rei per se primo quantificatur per quantitatem se illi coaptando, & coextendendo: quod est manifestum in aliquibus formis, aut modis accidentalibus, ut seculi sequent tractabimus. Et a priori declaratur breuiter, supponendo, quod distinctio partium quoad entitatem, neque in materia, neq; in forma, provenit formaliter a quantitate, sed supponitur potius in unaquaque entitate ex sua intrinseca natura, & gradu perfectionis, & in materia est veluti primum fundamentum, & captitudo ad quantitatem. Formæ igitur materiales natura sua habent cōstare ex partibus entitatis (in quo differunt ab anima rationali) quod non habent à quantitate, sed ex sua specifica & essentiali ratione, quia non transcendunt talem gradum perfectionis & quia sunt educibiles de potentia materiæ, à qua inesse & fieri pendent. Ex hac vero natura in eis consequitur, ut quando vniuntur materiæ, coextendantur illi extensio[n]e entitatis (ut ita dicam) id est, quod vniuntur vni parti materia per vnam partem suam, & alteri per aliam, &c. quam extensionem non habent formaliter per quantitatem, sed per entitatem suam. Vnde, si Deus conferuaret substantiam materialis fine quantitate, manerent forma & materia vniæ cum predicta extensione, seu entitatu partium distinctione. Ex hoc autem vterius provenit, quod cum materia est affecta quantitate, ratione illius, partes eius sunt impenetrabiles in ordine ad locum, materialis forma, que tali materiæ coextendit, hoc ipso participet illam conditionem quantitatis, non ratione sui, sed ratione subiecti, nam quia partes formæ inseparabiliter adhaerent partibus materiae quantæ, necesse est, ut sint impenetrabiles inter se, vel cum alia simili forma, sicut sunt partes ipsius materiæ: ergo propter hunc modum essendi talium formarum non est necesse quantitatem immediate inhærente tali formæ, ut partiali subiecto. Vnde ad argumentum in forma respondeatur, esse quantum per accidens, non esse effectum formalem quantitatis, sed solum esse quatum per se primum, nam etiam motus & tempus sunt quanta per accidens, ratione subiecti, vel spatiij, id est magis patet ex solutione secunda confirmationis.

Ad primam ergo respondeatur, si sit sermo de proprio & rigoroso effectu formalis quantitatis, neq; in formis materialibus, neq; in accidentalibus habere quantitatem hunc effectum; si vero latius dicatur effectus quantitatis quilibet extensio corporalis, sic negatur consequentia. Nam licet ex eo, quod anima rationalis non habet extensionem per se, vel per accidens, recte inferatur non vniiri immediate quantitatem per modum subiecti, tamen illa negatio non est adæquataratio, & ideo ex opposita affirmatione, quantum ad extensionem per accidens, non recte infertur, formas materiales habere predictam vniem ad quantitatem.

Vt ad secundam confirmationem respondeam, in primis ex ea sumo, quætificationem (ut ita loquar) formarum, vel qualitatum corporalium non pertinere ad effectum formalem quantitatis, nam interdum resultat hic effectus, seu conditio ex quantitate, non ut ex forma, sed ut ex subiecto: quantitas autem non dat suum effectum formalem, ut exercet munus subiecti, sed ut est forma inhærens: nam prior ratione potius ipsa recipit formalem effectum, dum sit alba, &c. Igitur, quod albedo quantitatem inhærens, suo modo quantificetur, non est per informationem seu causalitatem formalem quantitatis, sed est conditio & denominatio, quam participat à subiecto suo, in quo inhærendo, ei coextenditur, nam inde fit, ut partes formæ ita inter se distent, vel impenetrabiles sint, sicut partes subiecti. Hinc ergo

terius dicitur, illis duobus membris in argumen-
to potius addendum esse tertium, vel potius secun-
dum subdividendum esse, nam potest forma exten-
di ad extēsionem subiecti, vel quia recipitur in quā-
titate, vel quia recipitur in re extensa per quantita-
tem, ut declaratum est, & magis constabit ex dicen-
dis sectione sequenti.

Soluuntur argumenta prioris sen-
tentia.

Supereft respondeamus argumentis prioris sen-
tentiae: & primum ad Aristotelem respondeatur ge-
neraliter, quamvis sepe dixerit substantiam seu
ens actu esse subiectum accidentium, nunquam ta-
men explicuisse, quod per se primo sit subiectum
ratione totius compositi. Potest autem simpliciter
tribui composito quod recipiat accidentia, quam-
vis non per se ipsum, sed per partem illa recipiat.
Neque etiam vñquam dixit aperie, perire omnia
accidentia corrupta substantia, quin potius sepe
significat, aliquando manere eandem affectionem
in re genita, que fuit in corrupta; quamvis (vt
verum faciat) etiam non dixit expresse esse ean-
dem numero, & potest exponi de eadem in specie,
ipse vero absoleto de identitate loquitur, vt patet
primo de Generat. textu vigesimo quarto, & certe
in qualitatibus non dicitur eadem, que est numero
duera, sed similiis. Deinde respondeatur ad singula
testimonia.

Primum erat ex 1. de Generat. vbi constituens
differentiam inter generationem & alterationem,
aut in generatione non manere subiectum sensibile:
& inferius ait tunc esse generationem substantialem
quando nullum sensibile manet ut subiectum. Re-
spondeatur tamen per subiectum sensibile intelligere A-
ristotelem substantiale compohtum, quod solet
communiter appellari substantia sensibilis. Vnde i-
dem est dicere subiectum sensibile, quod suppositum
sensibile: illud enim est in quo principaliter sunt ac-
cidentia, & de quo prædicantur: quando ergo in
transmutatione manet huiusmodi subiectum secu-
dum idem nomen, & eadem rationem, solum fa-
cta est alteratio: quando vero tale subiectum non
manet, est substantialis corruptio, & generatio. Ma-
le ergo quidam exponunt, nullo sensibili manente, id
est, nulla qualitate, vel accidente sensibili manente,
cum idem Aristoteles expresse addiderit, Nullo sensi-
bile manente ut subiecto, scilicet integro & completo. In
text. autem 24. non dicit Aristoteles, in substantiali
corruptione mutari omnia accidentia: sed potius
aut, quando in genito & corrupto manet integra ea-
dem affectio, ut eadem frigiditas, vel perspicuitas in
aqua, & aere ex illa generato, non esse existimam-
dum frigidum, aut perspicuum esse aliquod com-
mune subiectum, cuius affectiones sint esse aquam,
aut esse aerem, alioquin (inquit) solum facta est alter-
atio: fit enim alteratio, quotiescumque quod trans-
mutatur, est passio eius quod permanet. Atque ita
exponit illum locum Diuus Thomas. Ex qua ex-
positione potius habetur posse fieri transmutatio-
nem substantialem in subiecto, quamvis maneat ea-
dem affectio.

Secundum testimonium ex 1. Physic. nil obstat,
sicut enim materiam respicere per se primo sub-
stantiale formam, quia hoc non impedit, quo mi-
nus quantitatem & accidentia recipiat, quatenus ad
illam disponunt. Ad tertium ex 5. Phycorum re-
spondeatur, differentiam inter substantialem genera-
tionem, & alios motus accidentiales esse, quod ma-
teria ut est subiectum generationis, non supponit
informata aliqua forma substantiali: vnde tam ade-
quatum, quam proprium & principale subiectum
generationis est ipsa materia, ut est in potentia ad es-

se simpliciter: at vero ad mutationem accidentalem
semper supponitur constitutum ens simpliciter, seu
substantiale suppositum, quod absolute denomi-
natur subiectum quod, seu principale talis mutationis
accidentalis esse ens actu, & simpliciter: non est tam-
en necesse ut secundum se totum, ac per se primo
recipiat talen mutationem, sed potest ipsam recipi-
re per partem. Dices: In instanti, quo fit genera-
tio substantialis, alteratio præcedit in sola materia.
Respondeatur, si sit sermo de motu alterationis, non
præcedere in sola materia secundum sensum prædi-
ctum, sed præcedere in ligno, v. g. aut aqua (fi ex ea
fiat generatio) tanquam in supposito seu subiecto
principali, quod solum est de ratione motus pro-
prie dicti, quamvis sit in materia, ut in proprio sub-
iecto in hæctionis, quod non repugnat rationi mo-
tus. Si vero sit sermo de alteratione quoad ultimum
& momentaneum terminum eius, sic verum est or-
dine naturæ fieri in materia priusquam intelligatur
substantialiter informata, sed tamen illa terminatio
non est motus proprie dictus, sed mutatio quædam
instantanea, vel potius quoddam mutatum esse ex-
trinsece terminans motum. Addo etiam, ex acci-
dente contingere, ut illa mutatio fiat in materia pri-
ma, quia coniungitur generationi substantiali, &
corruptioni prioris subiecti, quod toto tempore
præcedente illo motu mouebatur.

Quartum testimonium ex 7. Metaphys. non ha-
bet difficultatem: ita enim dicitur materia ex se neq;
qualis, neque quanta, sicut dicitur in formis: dicitur
autem in formis, non quia non formetur, sed quia
ex se, & in entitate sua nullam includit formam: sic
igitur dicitur non esse qualis, non quia nulla qualita-
tis afficiatur, sed quia ex se nullam habet qualita-
tem, nec in entitate sua illam includit. Dices: Saltem
dicitur quanta, quia ex natura sua habet quantita-
tem. Respondeo primum dici posse ex se non quan-
tam, quia in entitate sua non includit quantitatem,
quamvis illam postule: sed hoc modo etiam sub-
stantia corporea integra posset dici non quanta. A-
litter ergo potest dici materia non quanta de se, quia
nullum certum terminum quantitatis postular: & i-
deo de se neque est magna, nec parva, &c. Item quia
licet sit subiectum cui inheret quantitas, quia ta-
men solum suppositum est, id quod simpliciter est,
ideo illi soli huiusmodi denominationes simplici-
ter tribuantur. Si tamen rem ipsam solum specte-
mus, non est dubium quin sicut materia dicitur cor-
pora, ita etiam possit dici quanta.

Ad quintum testimonium ex 7. & 12. Metaphy-
sicz respondeatur, substantiam esse priorem natura
accidente absolute & simpliciter, si ea etiam abso-
lute & simpliciter comparentur: si vero vnaquæque
substantia ad sua accidentia comparetur, est etiam
prior simpliciter & in omni genere, aut secundum
totum, aut secundum partem: comparando vero
substantiam compositam ad eius quantitatem, est
quidem prior perfectione, & prior natura in ratione
finis, & suo modo etiam in genere causæ formalis;
tamen in aliquo genere causæ, scilicet materialis,
non repugnat aliquod accidens esse prius natura a-
liqua substantia, quod in omni sententia fere omnes
authoræ concedunt: & ita nos dicimus via genera-
tionis, prius natura quantitatem inesse materia
quam formam. Ad sextum testimonium ex capit.
de substantiæ, respondeatur non dicere Aristotelem
destructa hac vel illa substantia, destruere omnia ac-
cidentia, que sunt in ipsa, sed destruktis primis
substantiis, quod est verissimum, quia nisi substan-
tia corruptæ succederet alia, non manerent acci-
dencia. Deinde etiam si de particuliari substantia
loquamur, intelligendum est destructa substantia
omnino, id est, secundum totum, & secundum
partem, non posse quod in ipsa est manere: nam si

tota substantia destruatur, & pars maneat, non repugnabit aliquid in illa manere: sic enim destructo homine manet intellectus in anima: quia manet: cum ergo materia permaneat, poterit in illa quantitas conservari.

LVI.

Ratione
prima, sensu
sua solu-
tur.

Prima.

Seconda.

Rationes illius sententiae expedita fere sunt ex probationibus secundis. Ad primam enim iam saepe dictum est materiam habere suum esse proprium, quod, licet in genere substantiae sit incompletum, tamen comparatione accidentis est esse simpliciter, ac per se substantia partialiter: & licet pendaat à forma in aliquo genere, & ideo in illo dicte posse materiam prius natura coniungi formam substantiali quam accidentalis: hoc tamen non obstat quo minus materia, & per suam entitatem sit capax sustentandi accidentia, & sub alia ratione, & in alio genere eausa prius natura coniungatur illis. Ad secundam concedimus materiam primario respicere substantiam formam, & ideo ordine intentionis seu finis prius illi coniungi, non tamen ordine executionis: nam potius sub hac ratione prius natura coniungitur accidentalis formam, ut medio seu dispositioni ad formam substantialis. Saepe enim potentia quae primario ordinatur ad aliquem actum, in executione prius recipit alium quo ad alterum disponit, ut visus primario ordinatur ad visionem, prius tamen respicit lumen, speciem, &c. & in vniuersum est hic ordinatur consentaneus ut priora intentione sint posteriora executione, & conuerso, ut quae imperfectiora sunt, via originis antecedant. Quod autem ibi dicitur, formam accidentalem comparari ad substantialis, ut actum secundum ad primum, non est in vniuersum necessarium: nam quantitas non videtur hoc modo comparari, sed tantum ut connaturalis dispositio substantiae ratione materiae. Et similiter accidentia extrinseca, quae non manant à forma, neq; in illa recipiuntur, non comparantur ad illam, ut actus secundi ad primum. Addo vero deinde, etiam si gratis demus totum quod in illo argumento sumitur, nihil inferri contra nostram sententiam: ostendimus enim quod, licet admittamus formam esse primum actum materiae, ordine perfectionis, intentionis, & primae originis, atque etiam ordine causalitatis effectus, nihilominus optime consistit, & est verissimum quantitatem in sola materia recipi, ut in proprio subiecto in hysionis, & materiali causa; quod à nobis hoc loco præcipue intenditur. Quod vero, non obstante ea prioritate formam, possit quantitas manere in materia, & esse prior tempore in illa, quam quilibet determinata forma præter primam, quae cum materia concreta est, satis probabiliter (ut exissimo) est à nobis declaratum in secunda assertione.

LVII.

Tertia.

Hinc facile responderetur ad tertiam rationem, primo gratia concedendo quantitatem consequi aetate formam substantialis, ut est forma corporis, & negando consequentiam, quia (ut saepe dixi) potest manare à forma in materiam, & per successionem formarum in ea conservari. Secundo verisimilium est quantitatem esse proprietatem consequentem materiam, seu (quod idem est) debitam composito ratione materiae. Primum enim, commune fere axioma est quantitatem sequi materiam, & qualitatem formam: hac enim ratione distribuunt Doctores prædicamenta absoluta, & eorum sufficientiam assignant. Deinde per se consentaneum est rationi, ut cum materia habeat veram ac realem essentiam propriam, licet partiale, ratione illius habeat aliquam proprietatem: nec necesse est, ut forma ex communione ratione formam substantialis habeat certam aliquam proprietatem specificam: sed satis est quod illi respondeat aliqua communis seu genericæ ratio qualitatis. Sicut ex communione substantialis immaterialis non sequitur aliqua forma accidentalis specifica, sed sequuntur intellectus & voluntas

ut sic. Præterea cum homo constet ex materia & forma omnino spirituali, & nihilominus sibi vendicetur, eandem quantitatem, quæ alia res materiales, sicut est postulare illam ratione materie, non ratione formæ. Denique ipsa proportio inter quantitatem & materiam satis indicat, quantitatem consequi materiam: nam quantitas per se non est activa, sicut nec materia. Item, est apta ad recipiendum, vel ut potentia proxima, vel ut ratio & conditio bene disponens ad patientem & recipiendum: est ergo satis verisimile quantitatem esse debitam materiam, seu ratione materie. Quod etiam confirmari potest ex eo quod supra probauimus, semper, omnem rem habentem materiam, habere etiam quantitatem, & conuerso. Duobus autem modis potest intelligi haec naturale coniunctione inter materiam & quantitatem. Primo, ratione solum potentia passiva, intrinseca natura quæ sua postulantis eam affectionem. Neq; enim necesse est, ut omnis innata proprietas sit debita ratione principij actiui: sed interdum sufficit passiuum; quod modo multi existimant motum esse naturalem, & esse in centro, esse naturale terræ, & intellectui angelico esse naturales species intelligibiles secundum potentiam receptuam, non actiuan. Secundo modo potest intelligi per intrinsecam dimanationem actiuaam. Et licet prior modus sufficiat, hic posterior nullum habet inconveniens: quia licet materia sit potentia ad formam substantialis, in se tamen habet veram essentiam actiuan & entitatem: quid ergo mirum quod ab illa manet aliqua proprietatis ipsi proportionata? Quod enim materia non sit activa per propriam actionem, ideo est, quia cum sit pura potentia, nec potest agere rem similem, quia deberet creare illam, nec potest agere in similem potentiam, quia non habet ex actione proportionatum, nisi in potentia tantum receptuam. Saepe autem contingit, ut res que non potest agere propria actione in aliud, habeat intrinsecam dimanationem in se, ut substantia angelorum non habet vim actiuan similes substantiae: habet tamen vim à qua in ipsa dimanant potentia sibi proportionata: & formam substantialis iuxta receptam doctrinam, non est immediate actiua forma accidentalis, & tamen per intrinsecam dimanationem manant intellectus ab anima, & intensio frigoris & forma aquæ, cum se reducit ad pristinam frigiditatem. Denique probabile valde est alios modos extinatura rei distinctos manare actiue ab essentia materie, ut substantiam partiale & intrinsecam presentiam localem, & relationes, si sunt aliquid extinatura rei distinctum à fundamento.

Ad primam confirmationem negatur sequela, absolute loquendo, quamvis possit distinguiri, duplo. An acci-
citer intelligi posse materiali recipere formam sub-
stantialis media quantitate. Primum solum, ut di-
spositione seu conditione necessaria, & sic concedi-
tur: neque contra hunc sensum procedunt rationes, & incommoda quæ ibi proponuntur. Secundo tan-
quam potentia proxime receptuam formam substan-
tialis, & hoc sensu recte improbat hoc conse-
quens in illa confirmatione: negamus tamen id se-
quiri; quia nullam habet necessariam connexionem
cum doctrina tradita. Quid vero de qualitatibus
corporis dicendum sit, videbimus sectione sequenti. Ad secundam confirmationem concedo sequela, nimirum quantitatem esse incorripibilem,
quod suam entitatem, licet quoad varios terminos
possit incipere & definire esse, per divisionem, &
coniunctionem quantitatis. Quo modo autem ad
quantitatem sit per se modus, non potest hic pro rei
difficultate examinari: breuiter tamen dico, ad
productionem quantitatis non esse per se motum, sed
ad accretionem: camque non fieri, eo quod noua
quantitas, aut noua pars quantitatis simpliciter in-
cipiat esse in rerum natura, sed quia una quantitas
adiu-

Miungitur alteri, & quæ erat aliena, sit propria per specialem quandam actionem, ad hoc per se tendens.

II. Ad quartum primò dicitur (applicando distinctionem datam) si materiam recipere quantitatem mediante forma, intelligatur solum ut conditione necessaria, & principali termino sue existentia, sic concedi posse totam rationem, & nihil inferri contra doctrinam datam, ut facile intuiri paret: si vero intelligatur mediante forma, ut partiali subiecto, & propria causa materiali, sic dicendum est, interdum manifeste hoc repugnare, ut in homine: inde sat probabiliter colligi: non esse id consentaneum naturis rerum, & causalitati materiæ ac formæ in omnibus rebus naturalibus.

IX. Rationes posterioris sententia, quatenus probant materiam esse proprium subiectum inhærentia, & sufficientem causam materialem quantitatis, & accidentium, qua per illam inhærent, non habent, ut existimo, probabilem solutionem. Vnde etiam Thomistæ, & specialiter Aſtudillo 1. de Generat. q. 2. hoc concedunt etiam in doctrina D. Thom. dummodo non negant, & formam substantialem simpliciter prius natura procedere in materia, & quantitatem & accidentia onus ab illa pendere. Quatenus autem rationes ille procedunt contra hanc posteriorē partem, & probant eadem accidentia manere in genito, quæ erat in corrupto, possent fortasse probabiliter solvi, sed quia nobis videtur probabilius saltem id persuadere, in eis disoluendis immorari non libet.

S E C T I O N I V.

Verum vnum accidens possit esse proxima causa materialis alterius.

I. **D**equum iuxta natus rerum: nam supposito aliquo miraculo, non est dubium, quin possit aliquod accidens concurre, per modum subiecti, & materialis causæ ad esse aliqui accidens, & ad effectiōnem eius, ut de quantitate in Eucharistia consecrata docent probatores Theolog. Secundum natus autem rerum duo sunt certa: primum est nullum accidens esse primum, & (ut ita dicam) fundamentale subiectum alterius accidentis, quod ab aliquibus vocatur subiectum quod. Hoc paret, quia nullum accidens potest sustentare aliud, quin utrumque in altero sustentetur, & in hoc progreſſu, non potest procedi in infinitum: alias nihil esset in quo tota illa causalitas materialiter fundaretur. Et eadem ratione non potest sibi in aliquo accidente, alias tota collectio accidentium non esset in alio sed in se, quod repugnat naturæ accidenti: necessario ergo sibiendum est in subiecto seu materia substantiali. Et ad hunc sensum dici solet accidens, non posse esse primam causam materialis accidentis, sed ad summum proximam. Hoc ex profeso docet Arist. libr. 4. Metaph. in loco statim tractando.

II. Secundo est certum quædam accidentia inesse subiectis mediis aliis accidentibus: hoc paret in alterum in ratione dictione, nam actus intellectus insunt subiectis spirituali medio intellectu: & actus voluntatis media voluntate, & sic proportionaliter de reliquis actibus, vel habitibus potentiarum sensituarum, & qualitatibus corporeis ex omnium sententia insunt media quantitate. Et ratio generalior reddit potest, quia licet omnia accidentia ordinentur ad substantiam, non tamen sine ordine inter se, & ideo potest vnum respicere subiectum medianum, & aliò.

Punctus questionis.

Difficultas ergo est, quomodo vnum accidens insit substantia mediante alio, an solum ut quo, vel etiam ut quod, his enim terminis utuntur Philosophi. In quibus est cauenda æquiuocatio, ut punctus controverbia attingatur, nam uno sensu potest negari accidens esse subiectum quod, solum quia non est primum fundamentum, & veluti basis totius causalitatis qua sustentatur aliud accidens: dicetur autem iuxta hunc sensum aliquod accidens esse subiectum quo, quia est id quo mediante substantia recipit aliud accidens, sive priori accidenti, posterius vere ac propriè inhæreat, sive non. Et hic sensus non potest in dubitationem cadere, nec de illo est controverbia. Alio sensu dici potest accidens esse tantum subiectum quo, & non quod alterius accidentis, quia non potest vnum accidens esse subiectum etiam proximum in quo aliud accidens vere inhæreat, quamvis possit esse ratio inhærendi, id est necessaria conditio, vel dispositio prærequisita in substantia, ut aliud accidens ei inhære possit, quod modo multi putant diaphaneitatem comparari ad lumen. Et iuxta hunc sensum vere ac propriè vnum accidens non est causa materialis alterius, nisi eo fortasse sensu, quo causa dispositiva ad materialem renovatur: quo modo etiam potest accidens esse causa materialis substantiae: nos autem agimus de propria causa materiali, in qua proxime insit, & recipiatur accidentis forma. Vnde è contrario dicetur accidens subiectum quod alterius accidentis, si vere illud in se recipiat, & in se proxime terminet unionem & inhæsionem illius, etiam si non sit primum (ut ita dicam) sustentaculum vtriusque: & in hoc sensu tractatur quæstio præsens.

Varia sententia.

Prima sententia est, nullum accidens esse verum subiectum & materialem causam alterius accidentis. Ita tenet Gregorius in 2. & 12. qu. 2. articul. 2. Tribuitque Aristoteli. 4. Metaph. tex. 13. & 14. ubi probat, accidens non accidere accidenti, nisi quia ambo eidem accidunt: & subdit causa, quia non est maior ratio, cur vnum accidens alteri accidat, & conuerso. Idem supponere videntur Nominales, qui negant qualitates panis inhærente quantitati, etiam post consecrationem panis: quos citauit tertio Tomo 3. part. disp. 56. sect. 3. In eandem sententiam referri potest Capreolus in 1. distinct. 3. quæst. 3. articul. 2. ad 2. Scotti cont. 1. conclusionem, ubi non satis explicat, quo sensu loquatur de subiecto quo & quod: nec ex locis Diuini Thomæ, quæ afferit, satis id constare potest, ut videbimus, Gregorius vero clarius locutus est, qui non profert rationes magni ponderis: summa enim omnium est, quoniam forma non potest esse principium patiendi aut recipiendi, alias confunditur munus formæ cum officio materiae, sed omne accidentis est vera forma accidentalis: ergo non potest esse principium receptiuum accidentis.

Secunda sententia est, vnum accidens esse posse proximum subiectum, in quo aliud recipiat, & consequenter posse exercere propriam causalitatem materialem circa illud. Hanc tenet, & bene declarat Durandus in 1. d. 8. 2. part. quæst. 4. num. 15. tamque supponunt Diuus Thomas, & alij authores, qui (ut prædicto loco allegauit) dicunt in Eucharistia post consecrationem panis qualitates inhærente quantitatibus separatae, non per inhærentiam nouam, quæ per consecrationem illis conferatur, sed per antiquam, quam habebant in quantitate, quæ anteā inhærebat in materia ut in subiecto, quo sublati, remanent alia accidentia fundata super ipsam quantitatem, ut expresse docet Diuus Thomas 3. part. quæst. 77. art. 2. ratio-

IV.

V.